

supra in rubr. num. 2. vers. Possit tamen dici, & Hostien. in cap. 1. num. 4. vers. Potest tamen dici contrarium, supra eod. Et patet ex dictis Feder. de Sen. supradictis, num. 30.

Ex his considerationibus, ad quas Lambertinus non advertit, arbitror concludendum ex sola fundatione non acquiri jus patronatus, si nemo alius ecclesiam construat, & dotet; neque ex sola constructione, si nemo alius dotem assignet; neque ex collatione dotis, si nullus ecclesiam fundet & construat, sed hæc tria debere copulativè concurrere ab initio; quod intelligo verè, seu per juris fictionem: nam si à principio, licet malè, sine dote fuisset fundata, & ædificata, & consecrata ecclesia, qui postea illam doteret de Diecefani consensu patronus esset, quia favore ecclesiæ fingeretur actus ille præcessisse, ut formaliter inquit Jo. Andr. in d. cap. 1. num. 3. vers. Potest tamen dici, & sic constitutio dotis retrahitur, & ecclesia videtur dotata ante consecrationem, sicut in matrimonio, cap. Tanta. Qui fil. sint legit. & per Abbat. hic num. 9. in fine. Quidquid contra scripterem idem Abbas in præleg. conf. 106. num. 2. lib. 2.

49 Secunda conclusio est, ad acquirendum jus patronatus non requiritur ut una, & eadem persona fundet, construat, & dotet ecclesiam; sed satis est ut unus det fundum, alius ædificet, & alius assignet dotem de consensu Diecefani, & omnes in solidum efficiuntur patroni. Probatur hæc conclusio ex cap. Pimentus, cap. Frigenius, cap. Quicumque, & cap. Filys, 16. q. 7. ex cap. Abbatem, il secundo, 18. q. 2. & cap. Nobis, infra eod. & ex Concilio Tridentino, cap. 9. sess. 25. quibus in locis prædicti modi acquirendi jus patronatus ponuntur tamquam diversi, & cum dictione alternativa in medio, & consequenter non requiritur omnium concursus, sed ex quolibet ipsorum jus patronatus acquiritur, c. Inter ceteris, supra de reser. & reg. In alternativo, de reg. jur. in 6. & ita intelligi debet gl. 1. in d. c. Pimentus, dum firmat jus patronatus acquiri ex tribus causis, & recitat verbum.

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus. Idem aperius tenet Innocen. supra in rubr. dum primò ponit hos tres modos acquirendi patronatum, & postea subdit, quilibet autem ipsorum patronus est. Id ipsum clarè voluit Archid. in cap. 1. post princ. de iurepatr. lib. 6. ubi ait posse effici plures patronos ex diversis causis, puta quia unus est patronus ex fundi datione, alter ex datione, alter ex constructione, & sequitur Cardin. supra in rubr. in 4. quest. & conf. 122. Quidam habens quoddam feudum, col. 2. vers. Ad quod respondeo, Abbas conf. 39. Quidam Dominus Lacobus, post princ. lib. 2. & alij apud Lambertinum asserentem hanc esse communem omnium Doctorum sententiam in tract. huius tit. lib. 1. par. 1. in 3. quest. principali art. 1. num. 1.

50 Secundò QUÆRO, an ex ædificatione, seu refectione ecclesiæ acquiratur jus patronatus.

Negat Laurentius, & post eum Innocen. hic in princ. arg. l. Prator, §. Vicinales, ff. ne quid in loco publicius dixerent, §. Vicinales, vers. Vicinales, ubi vicinalis via dicitur privata, si ab initio facta sit à privati, publica si solum reficiatur expensis privatorum, atque ita quod publicum est, ex simpliciter refectione non definit esse publicum. Inducunt etiam rationem, quia quod humani juris esse de-

bit, servitutem non recipit, l. Caveri, ff. Commun. prator. & arg. cap. Ad hæc, in fine supra de relig. domib. cum suis concordan.

52 Verum glossa Bernardi hic in ver. Fundatores, distinguit sic. Aut ecclesia non est funditus destructa, & ex refectione, seu reparatione jus patronatus non acquiritur. Et in hoc casu vera est opinio Laurentij de qua supra. Aut ecclesia est prorsus diruta ita ut egeat nova consecratione, juxta text. in cap. De fabrica, de consecr. dist. 1. & hoc 2. & sic, aut quis ecclesiam reedificat sine consensu Episcopi Diecefani, & nullum jus acquirat, arg. l. V. usufructuaris, ff. de usufr. ubi patet usufructuarium non posse imutare formam rei, etiamsi aliàs non possit uti. Et est expressum in Authen. ut null. fabric. orat. dom. §. 1. collat. §. Nam quemadmodum à principio non licet ecclesiam construere sine consensu Episcopi, ut in cap. Nemo, de consecr. dist. 1. ita nec postea illam reedificare ut acquiratur jus patronatus, ut bene per Abb. hic num. 8. Aut ecclesiam prorsus dirutam reedificat de Diecefani consensu, & acquirat jus patronatus, quia perinde est ac si ecclesiam ab initio

54 contruxisset, cap. Consultus, infra de iudic. ubi habetur favorabilis esse reedificare constructam, quam de novo construere, & est casus in d. auth. Ut null. fabric. orat. dom. §. 1. Per totalem enim destructionem ecclesiæ remanet excrata d. cap. De fabrica, de consecr. dist. 1. cap. Proposuisse, & cap. In lignis, de consecr. eccles. vel altar. Secundum Jo. Andr. sup. in rubr. num. 3. vers. Sed non placet hæc reprehensio, & prior patronus, qui per primam ædificationem ecclesiæ acquisivit jus patronatus, per totalem illius destructionem radicitus ipsum jus amisit, ut tenet Bernard. hic in fine prime glosse, & Hostien. post eum num. 3. Joann. Andr. num. 12. Henric. Boich. prope finem, vers. Prior vero patronus, Cardin. quest. 3. & reliqui omnes. Equum tamen est ut antequam Episcopus extraneo de consensu suo ædificare volenti consentiat, antiquum patronum super hoc requirat, & ipsum cui libet extraneo præferat, arg. cap. Cum Apostolica, de his que fi. à Pralat. cap. Potesit, de locat. & condut. & c. Ad hæc in fine de offic. Archid. secundum Hostien. & alios præallegatos, & concordat quod notat idem Hostien. in cap. Nobis, infra eod. Supradictam glossam distinctionem probantur hic Tancred. Hoff. Joan. Andr. & Henric. Boich. locis citatis, & Abb. num. 1. & 11. Staphil. de litter. grat. rit. de mod. & form. impetr. §. Sequitur videre, num. 6. Butsat. conf. 310. à num. 3. vol. 3. Lambertin. de iure patr. lib. 1. p. 1. in 6. quest. principali art. 3. Menoch. conf. 90. sub num. 2. 4. & 25. Rota decis. 306. à num. 3. p. 3. divers. & apud Cardin. Seraph. decis. 555. n. 2.

58 Procedit autem hæc conclusio etiamsi reedificatio fiat ex iisdem cæmentis, seu materia; adhuc enim reedificans de Diecefani consensu acquirat jus patronatus, non autem ille, qui ab initio illam construxit, & per totalem destructionem desit esse patronus, ut proxime dictum est. Nam obligatio semel extincta in perpetuum non reviviscit, l. Qui res, §. Aream, ff. de solut. & cap. Queri, de consecr. dist. 4. Ad hoc textus optimus in l. Quarta, men. §. penult. ff. quib. mod. usufructus amitt. ubi si navis fuerit per partes resecta, durat usufructus; sed si ex toto destructa fuerit, & postea restaurata, licet ex eisdem tabulis, usufructus extinctus est. Sicut si domus ex iisdem cæmentis, tignisque fue-

rit restructa, usufructus extinguitur, & pro hæc parte post multa concludit gloss. 1. hic vers. Item quid si reedificata est, Hostien. nu. 2. in eod. vers. Burr. n. 17. Cardin. n. 7. in 3. quest. Abb. n. 11. & plerique alij. Neque obstant jura contraria allegata in glossa, ex quibus arguitur ecclesiam reedificatam censeri eandem ecclesiam, & loco prioris succedere. Quoniam loquuntur in eo casu, in quo semper remanet materia, ut respondet Jo. Calderin. & post eum Cardin. ubi supra.

59 Rursum procedit eadem conclusio non solum in iure patronatus surgente propter ædificium, sed etiam propter dotem, vel fundum. Nam quemadmodum si ecclesia sit à fundamētis destructa, ex reedificatione alterius etiam ex iisdem cæmentis antiquus patronus non recuperat jus patronatus: eodem modo si dos, vel fundus omninò pereat; antiquus patronus ex nova datione, vel fundatione non recuperat jus patronatus; sed illud acquirat qui novam dotem, vel fundum assignat, ut bene per Cardin. num. 7. in fine, vers. Precedit autem hæc questio. Fateor tamen patronatum surgentem ex dotatione, vel fundatione non amitti ex sola destructione ecclesiæ. Nam si dos salva sit, aut fundus; etiam destructa ecclesia, qui dotavit, vel fundavit, remanebit patronus, & ita post ecclesiam reedificatam erunt tres patroni ex diversis causis, secundum Abb. num. 11. vers. Ego intelligo, qui ad hoc inducit regulam, §. Affinitatis, Insti. de nupr.

61 Tertio cum hic dicitur in discordia patronorum esse præferendum præsentatam à majori parte si sit idoneus; investigandum esset quid juris sit si patroni sint pares in præsentando, an scilicet inter presentatos instituendus sit dignior, an verò sit locus gratificationi Episcopi. Sed hanc materiam plenè examino in cap. Cum autem, infra eod. in 1. & 2. q. à n. 20. usque in finem.

62 Quarto cum similiter hic dicitur jus ordinandi ecclesiam ad Episcopum devolvi, si quæstio super patronatu inter compatronos laicos non fuerit decisa infra quatuor menses ad præsentandum præfixos; quærendum esset numquid Episcopus parochialem ecclesiam juris patronatus laicorum conferens jure devoluto, teneatur servare formam examinis per concursum præscriptum à Concilio in d. c. 18. in parochialibus liberæ collationis. Sed de hoc quod articulo latè differui in c. Cum propter, in 1. q. num. 7. infra eod.

63 Quinto cum dicitur in discordia patronorum esse præferendum presentatam à majori parte si sit idoneus; investigandum esset quid juris sit si patroni sint pares in præsentando, an scilicet inter presentatos instituendus sit dignior, an verò sit locus gratificationi Episcopi. Sed hanc materiam plenè examino in cap. Cum autem, infra eod. in 1. & 2. q. à n. 20. usque in finem.

64 Sexto cum dicitur in discordia patronorum esse præferendum presentatam à majori parte si sit idoneus; investigandum esset quid juris sit si patroni sint pares in præsentando, an scilicet inter presentatos instituendus sit dignior, an verò sit locus gratificationi Episcopi. Sed hanc materiam plenè examino in cap. Cum autem, infra eod. in 1. & 2. q. à n. 20. usque in finem.

65 Septimo cum dicitur in discordia patronorum esse præferendum presentatam à majori parte si sit idoneus; investigandum esset quid juris sit si patroni sint pares in præsentando, an scilicet inter presentatos instituendus sit dignior, an verò sit locus gratificationi Episcopi. Sed hanc materiam plenè examino in cap. Cum autem, infra eod. in 1. & 2. q. à n. 20. usque in finem.

De iure patronatus.

Cap. Ex litteris.

S V M M A R I V M.

Jus patronatus consistens in aliqua universitate temporalium transeat cum ipsa universitate, & num. 3. & 35. Etiam si universitas transeat tantum quoad utile dominium, & num. 11. & 15. Nisi ius patronatus specificè sit exceptum, n. 2. & n. 17. vers. Limitatio regulæ. Ius patronatus transeat in quemcumque cum universitate, recedat adheret, etiam sine auctoritate Episcopi, & num. 45.

4 Villa est quid universale, & n. 23. 25. & 38.

5 Ius patronatus prohibetur transferri per contractum non gratuitum, nisi talis contractus celebretur super aliqua universitate, & n. 45.

6 In sepulchri accedat emptio universitatis.

7 Decima, & alia iura merè spiritualia cum universitate non transeunt.

8 Donans Episcopus villam cum omnibus, qua illi habet, non transfert iura spiritualia.

9 Decima in generali donatione non includatur.

10 Nisi tale ius donetur ecclesie quod habeat in se temporalia, & spiritualia iura, aut prebenda.

12 Ad firmam dare, idest ad annuum censum concedere, seu locare etiam ad longum tempus, & numerum sequens.

13 Ius presentandi non transeat in conductorem ville admodicum tempus.

14 Conductor ad modicum tempus nullam dominium habet, nec possessionem, sed nudam detentionem.

15 Ius patronatus ut transeat cum universitate non sufficit civilis, vel naturalis possessio, sed omnino requiritur, ut universitas transferatur quoad dominium directum, vel utile.

16 Ius patronatus non transeat in creditorem, qui tenet villam pignori obligatam.

17 Presentatio est fructus iuris patronatus.

18 Ius patronatus quando dicitur transeat cum universitate, & num. sequ. usque in finem.

19 Quid si quis vendat fundum, vel palatium, intra cuius fines ecclesiam habeat, nunquid ius patronatus transeat in emptorem.

Et quid si sit talis fundus, qui universitatem constituat, num. 21.

Et quid si quis vendat omnia iura, qua habet in aliqua villa, n. 22. & n. 47.

Et quid si vendat omnia bona, que habet in tali loco, num. 24.

Et quid si dicat simpliciter, vendo omnia bona mea, num. 27. & 50.

Et quid si dicat, vendo omnia bona mea, iura, & actiones, num. 33. & sequ. usque ad num. 53.

Et quid si vendat hereditatem, n. 36. & 53.

20 In sepulchri, ad quod non patet aditus, nisi per fundum, transeat in emptorem ipsius fundi.

23 Ius patronatus ut veniat in contractu non gratuito, sequitur ut res, qua alienatur, sit talis, que sine expressione universitatem, vel ius patronatus in se continet, & num. 40.

Universitas verbalis resolvitur in singularitates, ibidem, & n. 25. & 39.

Realis secum, num. 41.

26 Ius patronatus ut transeat cum universitate requiritur ut universitas sit realis, non verbalis, & num. 41.

28 Bonorum appellatio universitatem continet, sicut hereditas, & n. 29. & 46. & 56.

30 Bonorum appellatione veniunt etiam iura, & actiones.

31 Præferunt si ad sit dictio universalis omnia.

32 Etiam in materia odiosa, ut consecrationis bonorum omnium.

34 Rota decisio in Lucana iuris patri, refertur, expenditur, n. 47. & sequ. usque ad n. 53.

36 Ius patronatus transeat ad heredem quoscumque mediante titulo universalis hereditatis.

37 Item transeat in emptorem hereditatis.

38 Ius patronatus non transeat mediante venditione, sed

- seu cessione etiam omnium bonorum, iurium, & advenum, nisi sub dicta cessione tale quid universitate vel comprehendatur, cui ius patronatus adhaereat.
- 42 *Constitutum, num. 44. & sequenti ad n. 53.*
- 42 *Ius patronatus particulariter donari potest de consensu Ordinarj.*
- 43 *Ius patronatus non potest dici de bonis laici.*
- 45 *Ius patronatus transit cum universitate temporalium sine consensu Episcopi, sive contractus sit gratuitus, sive non.*
- 47 *Bonorum omnium, ac iurium appellatio non continet universitatem, quando est restricta ad certum locum, alias secus, & num. seq.*
- 48 *Universitas quando dicatur verbalis, & quando realis.*
- 49 *Ius patronatus transit cum hereditate vendita, etiamsi in eam aliud sit, quam ius patronatus.*
- 50 *Mea, hac dictio est domini significativa.*
- 51 *Patronus non est dominus iuris patronatus nisi abusu.*
- 52 *Ius patronatus transit cum universitate non ministerio hominis, sed ministerio iuris tanquam accessorium rei venditae.*
- 53 *Hereditas est quid universum.*
- 54 *Ius patronatus competens filijs, & successoribus dicitur translatum per cessionem a sito factam de omnibus rebus, quod in hereditate habent.*
- 55 *Ius patronatus venit in legato omnium bonorum.*
- 56 *Legatum omnium bonorum intelligitur universale.*
- 57 *Ius patronatus magis competit usufructuaria omnium bonorum, quam hereditas.*
- 58 *Prescribens universitatem an prescribat ius patronatus ei immixtum.*
- 59 *Ius patronatus an transeat si exprimat in venditione universitatis, & num. seq. usq. in finem. Quid si exprimat declarative, num. 61. Et quid si committive, ibid. & num. 62. Et quid si vendatur villa cum iure patronatus, num. 63. & num. seq. Et quid si vendatur villa, & ius patronatus, n. 64. Patronus in fine instrumenti venditionis universitatis sateri potest se desisse esse patronum.*

**E**X LITTERIS. Jus patronatus consistens in aliqua universitate temporalium transit cum ipsa universitate, etiamsi universitas transeat tantum quoad utile dominium, nisi jus patronatus specificè sit exceptum; Hoc dicit, Jo. Andr. Butr. Cardin. Anchar. Imol. Abb. Jo. de Anan. & Bero, & est casus notabilis, & quoad allegatur secundum Abbat. Dividitur in duas partes. In prima ponitur quærela Episcopi. In secunda dantur ei iudices, & instruantur quomodo debeant diffinire ibi: *Manthamus, Jo. Andr.*

Nota ex textu regulam cum ampliacione, & limitatione.

- 1 Regula est: Jus patronatus transit in quemcumque cum universitate temporalium, cui adhaeret etiam sine auctoritate Episcopi, ut patet in text. ibi. Si vobis confiterit, quod prefato militi
- 4 prescripta villa, &c. nam villa est quid universale, ut l. Pupillus. §. Territorium, ff. de verb. signific. secundum Innoc. Hostien. & omnes hic: & per hanc litteram notat Abb. in e. illud, n. 4. inf. eod. Federic.

de Senis, conf. 225. Si opinio, num. 1. & Lambertin. in tract. de inrepatr. lib. 1. par. 2. in 2. quest. princip. art. 2. & 3. & in 5. quest. princip. art. 11. num. 3. Mant. decif. 140. num. 2. Rot. decif. 207. num. 16. par. 6. recent. Et sic quamvis contractus non gratuitus prohibeatur super iure patronatus, ut cap. Quia Clerici, supra eod. Tamen si huiusmodi contractus non gratuitus celebretur super aliqua universitate temporalium, jus patronatus in ea consistens transit ex illo titulo non gratuito, quia contractus videtur initus super rebus temporalibus, & non super iure patronatus, quod transit accessorie, & non principaliter, ut hic per Abbatem in 1. notab. Et hanc regulam ponunt hic gloss. post ealium, Innoc. num. 2. vers. Nam ad hoc, & vers. Si tamen sit aliquod ius universale, Hostien. num. 4. in vers. Non excepto, & num. 5. vers. Nam ad hoc, Joann. Andr. Card. & omnes in summario text. Covar. var. resol. lib. 2. cap. 18. num. 3. Lambertin. & Mantica loci supra cit.

- 6 Et quod dictum est de iure patronatus idem intelligas de iure sepulchri, quod a laicis possidetur; accedit enim emptioi universitatis, ut l. in modico, ff. de contrab. emp. & l. Si mercede, §. Si eum fundum, ff. de action. emp. secundum Innoc. hic nu. 1. in verb. Non excepto, cuius opinio communis est, teste Covar. var. resol. lib. 1. cap. 13. num. 3. Lambertin. in tract. huius tituli, pag. 2. lib. 1. in 5. qu. prime.
- 7 art. 5. Secus autem est in decimis, & alijs iuribus merè spiritualibus, quia non transeunt cum universitate; & est ratio diversitatis, quia cum jus patronatus non sit merè spirituale, non est mirum si annectatur temporalibus. Sed decimas, & alia iura huiusmodi merè spiritualia cum in nullo conveniant temporalibus, consequens est, ut nec eis annecti possint, nec cum universitate ipsorum transire valeant, etiamsi dicatur, vel dono villam cum omnibus iuribus suis, quia spiritualia non sunt iura temporalia. Quinimo etiamsi Episcopus diceret dono tibi villam, & omnia iura, quæ illic habeo, non tamen intelligeretur donare decimas, & alia merè spiritualia, quia hoc nomen universale, omnia, & alij communiter, nec utile dominium rei pignorate transferretur; & ita hic tenet gloss. 1. Innocen. in princ. vers. Secus in creditorem, Hostien. num. 4. & communiter DD. aliam rationem redditit Abb. num. 5. quia scilicet creditor tenetur restituere fructus omnes, quos percepit ex re pignorate, ut in cap. Cum contra, supra de pignar. & in cap. Infr. de usur. Sed si creditor præsentaret, & sequeretur presentati in lititio, non postea illum fructum restituere, scilicet presentacionem, quæ est fructus iuris patronatus, ut notant Innocen. Butr. Abb. & alij in cap. Consultationibus, infr. eodem glof. ultim. & DD. d. cap. Cum Bertholdus, de re vendit. Rota decif. 10. de inrepatr. in novis, & sic lucraretur fructum illum contra naturam pignoris, cum mutuum debet esse gratuitum, cap. Consultat. de usur.
- 11 Limitatio regulæ est, nisi jus patronatus fuerit nominatim exceptum; tunc enim minimè transit cum universitate, ut patet in text. ibi. Non excepto iure patronatus; & notant omnes in summario, & in ver. Non excepto, glof. 1. & DD. in c. Cum seculum, infr. eod. Lambertin. de iure patr. part. 2. lib. 1. in 5. quest. princip. art. 11. num. 3. vers. Nisi ius patronatus.
- 12 Nunc pro explicatione textus inquirendum est quando jus patronatus dicatur transire cum universitate.

est quando jus patronatus dicatur transire cum universitate.

- 19 Et primò QUÆRO. Si quis vendat fundum, vel palatium, intra cuius fines ecclesiam habeat, numquid jus patronatus transeat in emptorem. Respondeo non transire; quia jus patronatus titulo venditionis transferri non potest, nisi cum universitate, juxta communem intellectum hujus capituli, & dicti cap. Cum seculum, infr. eod. fundus autem, vel palatium non est universitas, & ita hic firmant Innocen. num. 3. Hostien. num. 7. Jo. Andr. num. 3. vers. Quid si quis habeat ecclesiam, Abb. num. 14. quorum opinio communis est, ut testantur idem Abb. in sua questio. 5. incipien. Augerius, num. 5. Roch. de Curt. in tract. de iure patr. in verb. Ipse velis, quest. 223. Lambertin. in eod. tract. par. 2. lib. 1. quest. 5. art. 17. etiam Covar. var. resol. lib. 1. c. 13. n. 3. cõfert quod notat Bald. in l. Dim. fin. col. penult. num. 58. vers. idem si habeo, C. de edit. Adrian. roll. ubi quod si dono tibi fundum meum, in quo ecclesia sita est, non venit ecclesia, quia non est ejusdem rationis, & conditionis, cuius dictum sequitur Rota dec. 1152. num. 4. par. 3. lib. 3. divers. & originaliter tenuit Innoc. hic num. 3.
- 20 Non obstat text. in l. Si mercedem, §. 1. ff. de action. empion. ubi Si vendidisti fundum, in quo sepulchrum habuisti, cui non patet aditus cx via publica, sed per ipsum privatum fundum, jus sepulchri transit in emptorem; per quem text. idem esse in iure patronatus tradiderunt ibi Bart. & Paul. de Caltr. Roman. singular. 6. Sylvester in verb. Ius patronatus quest. 5. Henric. Boich. & Cardin. hic num. 18. & 19. & idem Cardin. in cap. Cum seculum num. 5. vers. Quoad questionem infr. eod. Abb. d. quest. 5. num. 5.
- Quoniam, ut respondit Innoc. hic num. 3. aliud est in iure sepulchri, aliud in iure patronatus, quia sepulchrum cum nihil valeat, nisi venditor ad illud portetur, & in eo sepeliatur, effect illi prorsus inutile si emptor fundi ingressum prohiberet, cum ad illud non pateat aditus, nisi per fundum. At secus est in iure patronatus, quia venditor illo uti potest presentando, quamvis ecclesiam non ingrediatur. Sequitur Abb. hic num. 14. vers. Nec obstat, & Covar. var. resol. lib. 1. cap. 13. num. 3. vers. Non obstat ratio.
- 21 Conclude igitur vendito fundo non venire jus patronus per suprascripta, nisi live ad ecclesiam pateat aditus per ipsum fundum, sive non; prout ex distinctione Abb. d. 9. §. num. 5. & Roman. d. singular. 6. post mult. concludit Lambert. in tract. buro ritul. par. 2. lib. 1. in 5. quest. princip. art. 16. num. 2. prope fin. vers. Ego hanc limitacionem, nisi tamen effect talis fundus, qui universitatem constitueret, juxta l. Cum fundus, ff. de leg. 2. & est text. secundum inductionem Card. in cap. Cum Bertholdus, supra de re vendit. nam curia illa, de qua text. loquitur, fundus est universitatem constituit. Unde non mirum si jus patronatus transferret in emptorem, Quo fit ut si quis haberet fundum, quem Hispani appellant hereditamento, intra cuius fines haberet jus patronatus vendito fundo Jus patronatus huiusmodi bene transferret in emptorem, ut per Covar. d. num. 3. vers. Tertio.
- 22 Secundo QUÆRO. Si quis vendat omnia iura, quæ habet in aliqua villa, in qua vendit tamen fundos habeat, vel certa iura, numquid in tali venditione transeat jus patronatus.

Respondeo non transire si villa non sit sua; nam ad hoc ut transeat, oportet ut res, quae venditur, sit talis quae est sine expressione auctoritatis, vel jus patronatus in se contineat, sicut est villa, vel caltrum, quae in se continent jurisdictionem, honorem, & jus patronatus, sed cum dico, Vendo tibi omnia jura, haec universalis est resolvenda in singulares, id est vendo tibi hoc, & illud. Cum autem jus patronatus vendi non possit, sub hac generali venditione nullatenus comprehenditur. Ita formaliter Innoc. hic num. 2, cui consentiunt Hostien, num. 4, vers. Sed quid si quis obliget Joan. Andr. num. 3, vers. Dixit etiam Innoc. Henrich. Boich. num. 3. Butr. num. 6, vers. Tertia regula. Cardin. num. 6, quest. 11. Anchar. num. 11. Abb. eod. num. Bero. num. 55.

24 Tertio QUERO. Si quis donet, aut vendat omnia bona, quae habet in tali loco, nunquid jus patronatus veniat in hoc contractu. Respondeo sub distinctione: nam aut ille, qui donat, vel vendit omnia bona, quae habet in tali loco, reperit ibi habere universitatem, puta villam, vel caltrum; & tunc in tali contractu utique venit jus patronatus, ex quo universitas ibi reperitur, quae jus patronatus includit, ut hic, & in c. Cum saculum infra. Aut in tali loco quis nullam habet universitatem, sed aliqua bona particularia dumtaxat; & hoc casu non venit jus patronatus, quia non reperitur ibi aliqua universitas, cum qua transire possit. Ita distinguit Decius in c. Sedes, num. 8, supra. de rescript. & est ex mente Innoc. hic num. 2. dum dicit in venditione omnium jurium, quae aliquis habet in tali villa, non venire jus patronatus, si villa non sit sua, quia tunc non est ibi aliqua universitas: oppositum sentiens, si sit dominus villae, quia tunc censetur vendidisse universitatem, cum qua bene transit jus patronatus, ut dixi in precedenti quaestione.

Et per hoc cum N. vendidisset omnia bona, quae habebat in dominio Januensi. arbitratus sum in tali contractu non transivisse jus patronatus Cappella, quod eidem competeat in Parochiali ecclesia Sarzanen. diocesis, quia cum in dominio Januensi nullam haberet universitatem, cum qua transire posset jus patronatus, puta villam, Castrum, vel feudum, talis venditio non fuit universalis, sed particularis verbis generalibus concepta, quae resolvitur in suas singularitates, perinde ac in dictum sui flet, Vendo talem, & talem fundum, quos habeo in ditone Januensi, secundum Innoc. & alios citatos in hac, & in precedenti quaestione; & haec est communis opinio, in qua paucis exceptis omnes conveniunt, & deducit Lambertin. in tract. huius tituli. par. 2, qu. 5, art. 13, quam etiam pluries sequuta est Rota, ut dec. 1172, par. 3, divers. Put. decis. 351, num. 1, vers. Sed quia 26 erat particularis lib. 1. Seraphin. dec. 725. Quamvis enim venditio facta fuisset verbis generalibus; haec tamen generalitas restricta fuit ad certa loca, & ratione hujus restrictivae non fuit universalis. Ad hoc autem, ut in venditione universitatis veniat jus patronatus, requiritur, ut universitas sit realis, non verbalis, ut inquit Federic. de Sen. eod. 2, 25, si opinio num. 2.

27 Quarto QUERO An in venditione omnium bonorum veniat jus patronatus.

28 Doctores non conveniunt. Nam Abb. hic num. 12, quamvis dicat Innocent. & Jo. Andr. sentire in

venditione omnium bonorum suorum non venire jus patronatus; tamen ipse tenet contrarium per text. in l. Bonorum, la. secundum. ff. de verb. significat. ubi dicitur: Bonorum appellatio, sicut hereditatis, universitatem quandam, ac jus successione; & non singulares res demonstrat. sequitur Felin. in cap. Causam, num. 8, supra de prescript. & est communis opinio, ut inquit Decius conf. 127. Plura dubia, num. 3, vers. Sed ad ista. Venit ipsemet Decius in c. Sedes, n. 7, vers. Et idem, si dicitur tibi parum constantis, testatur communi opinionem esse contra Abbatem. Nec obstat text. in d. l. Bonorum, quia, ut respondet Decius loco proxime citato num. 8, vers. Non obstat. Loquitur quando quis reperitur habere universitatem, ad quam dicta verba referuntur, non autem quando quis haberet solum bonum particularia, ut hoc casu.

Sed tu advertit quia appellatione bonorum veniunt etiam jura, & actiones, l. Bonorum, la. prima, in fin. ff. de verb. significat. Abb. conf. 43. Videtur primo, num. 3, lib. 1. Cravetta, conf. 213. Ad primum questum num. 6. Tiraquell. in l. Si unquam, in ver. Bona, num. 8, & 9, c. de revoc. an. donat. ubi ferè in numeros citat, & num. 10. asserit ita omnes tenere exceptis paucis, quos ibi adducit. Praesertim si adferat dictio universalis, omnia, ut in casu hujus quaestio- nis. Tunc enim absque dubio jura, & actiones includuntur, ut idem Tiraquell. tradit de retract. 32 lign. §. 1. gloss. 7, num. 20. & seq. etiam in materia odiosa, ut confusio bonorum omnium; quia veniunt jura, & actiones activae, & passivae. Imol. conf. 35. in casu praemisso num. 24, vers. In contrarium facit: unde cum paria sint vendere omnia bona, ac vendere omnia bona, jura, & actiones: solutio praepolita quaestio- nis pendet omnino ab his, quae statim dicam in quaestione sequenti.

33 Quinto igitur QUERO, Si quis dicat, vendo omnia mea bona, jura, & actiones, an ex tali contractu jus patronatus transeat in emptorem? Solutio. Aut venditor habet in bonis suis aliquam universitatem, puta caltrum, villam vel feudum; & tunc nemo dubitat quin jus patronatus transeat cum tali universitate, per ea, quae dicta sunt supra in 3, quest. Aut hujusmodi universitatem non habet, & res non transit sine magna difficultate. Doctores enim non videntur convenire, & Rota ipsa variavit: aliquando enim censuit in hujusmodi venditione non transire jus patronatus, ut in Lucana iuris patronatus die 6. Novembris 1598. coram Litta, cujus haec sunt verba: [Domini tenuerunt quod jus patronatus, de quo agitur, non transivit in Michaelen vigore cessionis factae per Nicolaum q. Lazzari de Guinis anno 1439. ad favorem D. Michaelis, de quo 34 in sum, Alexandri Guinisii lib. num. 1. ea motivatione, quia licet vigore cessionis, & alienationis, quae fit ex titulo universalis, transeat jus patronatus, ut tradunt Lambertin. de iure patron. lib. 1, par. 2, art. 7, quest. 5, principali, num. 4. Molin. de primog. lib. 1, cap. 24, num. 7, & seq. Doct. in cap. Ex litteris, ubi Abb. in 1, notab. & in c. Cum saeculum de iure patron. Decius conf. 127, num. 1. & num. 3, qui ad med. d. n. testatur de communi: & 35 transeat ad quoscumque haeredes mediante titulo universalis hereditas, ut per Covar. lib. 2, par. 1, cap. 18, num. 5, §. al. in l. 1, num. 71, ff. de leg. 1. & in l. Venias, num. 2, c. de in ius vocat. ubi etiam Decius, n. 2. Tiraq. de primogen. q. 36. Paul. Fulc. singul. 114, littera 1.

de communi, Gigas conf. 50, num. 3. Joan. Fab. in rubr. insit. de rerum divers. num. 2. Bartholom. Amadath. 8, tit. 13, p. 1, gloss. 4, num. 2, §. 1, 106. Didae. Perez lib. 1, tit. 6, lib. 1, pag. 139, in gloss. de van. sac. cedens, & c. Et similiter transeat in emptorem heredis, ut tenet Covar. lib. 1, par. 13, num. 3, & lib. 2, cap. 18, num. 81. Bernard. Diaz in reg. 401, Paul. Fulc. singul. 115, littera 1, Abb. in cap. Quereiam, de Simon. num. 4, ubi Anan. num. 6, & Felin. num. 3, vers. In gloss. verb. Non potui, Rocch. de Curt. de iure patron. verb. Ipse vel is, num. 46. Emanuel Colta, cap. si pater, in 2, par. In ver. Trebell. num. 7, late Petr. Omoz. tract. de contract. in tit. de emptor. & vendit. n. 41, vers. Sed quare, Paulus de Citradinis de iure patron. q. 1, num. 11. Non per hoc transit mediante venditione, seu cessione etiam omnium bonorum iurium, & actionum verbis generalibus, & universalibus facta, nisi sub dicta cessione tale quid universale verè comprehendatur, cui adhaerent ipsum jus patronatus, ut puta villa, caltrum, haereditas, feudum, vel quid simile, ut bene declarat Innoc. in d. cap. Ex litteris, num. 2, quem sequitur Hostien. num. 5, vers. Sed quid si quis obliget, vel vendat. Jo. Andr. nu. 3, vers. Dixit etiam Innocentius, Boich. num. 3. Card. Zabarell. num. 16, qu. 11, Butr. num. 6, vers. Tertia regula. Anchar. num. 11, Bero. num. 55, de iure patron. Federic. de Senis, conf. 225, num. 2. Bald. conf. 32, lib. 1, Dec. in cap. Sedes, de rescript. nu. 7, in fin. & num. seq. qui de communi cum aliis hic per informantes relatis, quos brevitate gratiano refero. Errationem hujus conclusionis post Innocent. Anchar. & alios ubi supra assignat Bald. conf. 1, num. 5, lib. 3. Et est, quia quando fit cessio, vel alienatio universalis respectu verborum tantum, tunc talis universalitas resolvitur in singularitates, & non plus importat generalis illa expressio, quam enumeratio specierum. Et ideo sicut jus patronatus de per se vendi non potest, cap. De iure, de iure patron. ita etiam non potest vendi sub ista universitate verbalis: aliis fieret fraus legi, cum ille qui nihil haberet, quam jus patronatus, aut parum plus, posset sub praetextu venditionis universalis omnium bonorum ipsum jus patronatus vendere. At secus est quando fit cessio, vel alienatio universalis respectu rei, ut quia fiat venditio de hereditate, de Curia, de feudo, de castro, & de similibus, quae sub verè universitatem continent. Et ratio differentiae est quia cum talis universalis non resolvatur in singularitates ad text. in l. 1, c. de evict. non mirum si cum ea transit jus patronatus, cum de per se hoc casu non dicatur vendi, sed potius in quodam necessarium consequentiam rei venditae, cui adhaeret: & multa in consequentiam necessariam permittuntur fieri, quae principaliter prohibentur, vulg. l. 1, §. de auct. tutor. Haecque opinio videtur sequuta Rota apud AA. ut habetur in decis. divers. 112, lib. 3, par. 3. dum ibi concluditur in cessione omnium iurium non fuisse comprehendit jus patronatus ea ratione, quia cessio generalis verbalis, quae resolvatur in suas species, & non universalis ratione rei prout requiritur. Et licet Abb. d. cap. Ex litteris, num. 11, & alij qui eum sequuntur contrarium teneant, & signanter Dec. qui in hoc parum constans est, in d. conf. 127. Attamen sententia Innocentii, quam nuper, & alias amplexa fuit Rota, & auctoritate plurium, & quidem gravissimorum virorum, & firmiori ratione

42 fulticia videtur. Nec decisio Putei 351, lib. 2, in aliquo repugnat, cum & donatio particularis iuris patronatus accedente consensu Ordinarii fieri possit, ut per Lambertin. de iure patron. 2, part. lib. 1, quest. 1, principali, art. 1, & 2.

43 Ultra quod in casu de quo agitur eò facilius admitti debet ea sententia; Tum quia cessio praedicta est de bonis omnibus ipsius Nicolai; & tamen jus patronatus non potest dici de bonis laici ad effectum praedictum, Bald. conf. 335, n. 2, vers. Ad evidenti am. lib. 1. Bene Put. d. decis. 351, in fin. Tum etiam quia cedens, & cessionarius voluerunt bona, & jura data in solutum haberi pro designatis, nominatis, & specificatis per eorum nomina, confinia, & vocabula. Ex quibus verbis manifeste constat non fuisse factam cessionem tantquam de universo, sed tantquam de rebus particularibus, quo casu non ambigitur jus patronatus non comprehendendi. Ad illud autem quod deducebatur per informantes pro Alexandro Guinilio circa praesentationes post dictam cessionem factas in executione illius tantum temporis spatium, quo praetendi potest Michaelis, & descendentibus illius fuisse si non vigore dictae cessionis, sicut mediante praescriptione acquisitum jus praesentandi: fuit responsum non esse praesentis speculationis, sed de eo in alia positione particulariter agendum esse. Haec tamen verba decisionis.

44 Contrariam opinionem id est in venditione omnium bonorum, iurium, & actionum venire jus patronatus tenuerunt Decius conf. 127. Plura dubia, num. 2, & num. 3, vers. Sed ad ista, ubi firmat in concessione bonorum, ac iurium transire etiam jus patronatus, Put. decis. 251, num. 1, lib. 2. Seraphin. decis. 725, ubi resolvit in donatione omnium, & quorumcumque bonorum mobilium, & immobilium, iurium, & actionum similiter venire etiam jus patronatus. Rota in recent. decis. 207, num. 11, 12, 13, & 16, par. 5.

45 Et quamvis praedictae decisiones loquantur in terminis donationis: tamen non fundant se in eo, quod donatio facta fuerit de consensu Diocesanis: Tunc enim quaestio esset de indubitabili cum jus patronatus donari possit etiam particulariter, & nominatim accedente ordinarii consensu, ut supponit Rota in praedicta decisione litterae, sed fundant se in eo, quod donatio omnium bonorum, iurium, & actionum universitatem continet, cum qua indistinctè transit jus patronatus absque consensu Ordinarii, siue contractus sit gratuitus, siue non, ut ostensum est supra in 3. Quinimo in d. decis. 207, n. 14, & 15, disertis verbis dicitur non obillare, quod in donatione non intervenit consensus Ordinarii, sine quo jus patronatus donari non potest, quia hoc procedit in particulari donatione, secus autem est in donatione universali omnium bonorum & iurium, in qua consensus Ordinarii minime requiritur. Eisdem sententiae adscribi possunt auctores omnes, qui in fortioribus terminis voluerunt, ut si quis dicat, Vendo tibi omnia bona mea, nulla facta mentione iurium, & actionum, nihilominus veniat jus patronatus, inter quos, Abb. hic n. 12. Felin. c. Causam, n. 8, de prescript. & Decius, qui de communi testatur d. conf. 127, n. 3, vers. Sed ad ista.

46 Et hanc secundam opinionem ego puto veriorum, & in practica amplectendam. Tum quia negari non potest, quin appellatio omnium bonorum

rum, jorium, & actionum universitatem quandam designet, at a fortiori probatur in d. l. Honorum, la secunda, ff. de verb. significat. Nam intellectus Decij, de quo supra num. 29. divinat, cum ille text. generaliter loquatur; ac proinde inevitabiliter probat hanc opinionem, ut inquit Roch. de Curt. in trad. huius tituli, in verb. ipse vel u. Tum quia supra scripta Decisio Lucana juris patronatus præcipue nititur auctoritate Innocentij hinc m. 2. qui tamen non loquitur in venditione omnium bonorum, vel juriu simpliciter, & absolute, ut in casu quaestionis propositæ, sed in venditione omnium juriu restituta ad certum locum. Sic enim ait: [Si quis obliget, aut vendat omnia jura, quæ habet in aliqua villa, cum non sit sua, sed ibi certos tantum fundos habeat, vel certa jura, nunquid in tali contractu transit jus patronatus? Resp. non.] Hæc Innoc. qui, ut vides, loquitur in venditione omnium juriu restricta ad certum locum, unde trahi non potest ad casum nostrum; quia magis universum est vendere omnia bona jura, & actiones simpliciter, & absolute, quam vendere omnia, seu omnia jura, quæ quis habet in tali villa, cum primum sit totum, secundum verò pars. Neque hoc casu valet argumentum à toto ad partem, cum rationes sint diversæ, nempe quia cum universitate transit jus patronatus, cum non universo non transit, ut inquit Lambertin. de iure patronatus, par. 2. lib. 1. in §. quest. principali art. 14. num. 4. vers. Considera tertio, licet Abb. hic num. 12. dicat, & male, Innocent. & Jo. Andr. sentire, ut si quis vendat omnia bona sua non transeat jus patronatus, quod dictum Abbatis multis errandi causam præbuit, qui ad verba Innocentij non adverterunt. Nec verum est quod dicitur in d. decis. Seraphin. 725. num. 2. vers. Sed contrarium, nempe doctrinam Innocentij non esse receptam, imò enim in suo casu, id est in venditione omnium juriu limitata ad certum locum, seu villam sequaces habet Hostien. Jo. Andr. Butr. & alios complures in decis. Littæ allegatos. Quinimo cum ipso paucis exceptis conveniant omnes, & ipsa met Rota, ut dixi supra in 2. q. num. 23.

47 Conclusio igitur in venditione omnium juriu, & actionum sine ulla limitatione loci absque dubio transeat jus patronatus, etiam si venditor in suis locis nullam habeat universitatem, puta villam, vel castrum, quia ipsa bona, jura, & actiones sunt universales, sicut peculium, & hereditas, ut l. Item §. Non solum, ff. de petition. hered. Nec talis dicitur universitas verbalis, quæ resolvitur in singularitates, ut dicitur in decisione Littæ, imò est realis, cum qua bene transit jus patronatus. Et ideo non obstat, Bald. conf. 1. n. §. lib. 3. in decis. allegatus, imò declarat mentem Innocentij juxta explanationem nostram per hæc formalia verba: [Dicit Innocentius, quod cum recerta, puta cum fundo Botriano non transeat jura mixta, sicut est jus patronatus, sed cum universitate distinguit. Aut est quid universale ratione signi universalis, aut ratione rei universalis. Primo casu, ut cum dico, Vendo omnes possessiones talis villæ, & jura, quæ ibi habeo, non transit jus patronatus. Secundo casu transit ut nomine hereditatis.] Hæc Bald. qui ut vides, intelligit universitatem ratione signi universalis, quando est restricta ad certum locum: ratione verò rei universalis, quando nullis finibus circumscriptur, sicut hereditas, l. 3. §.

49 Hereditatis, ff. de bon. poss. Rursum non obstat motivum, quod jus patronatus per se vendi non potest, & si transeat cum ista universitate possit fieri fraus legi, cum ille qui nihil habet in bonis, quam jus patronatus, vel parum plus possit sub prætextu venditionis omnium bonorum, ac juriu sibi competentium vendere ipsum jus patronatus. Nam responderetur hanc considerationem non esse attendendam, quando venditur ipsa universitas realis, alioquin sequeretur, ut si aliquis venderet hereditatem ad se delatam, in qua nihil aliud esset nisi unicum jus patronatus cum tali hereditate ipsum jus patronatus non transeat. Sed absit ut tales subtilitates secundum Canones considerentur, ut ait Feder. de Sen. conf. 225. si opinio, num. 2. vers. Et non est dubium, quod ille qui solum jus patronatus habet. Sicut igitur hæc consideratio non attenditur in venditione hereditatis, ita nec in venditione omnium bonorum, quia ita continet universitatem venditio omnium bonorum, sicut venditio hereditatis, ut voluit Bald. in l. 1. n. 7. C. de bon. liber. & Abb. hic num. 12. & constat ex jam dictis.

50 Demum non obstat Doctrina Baldi in l. fin. num. 19. C. de edit. D. ad. toll. ubi determinat, ut si quis dicat Dono tibi omnia jura mea, non transeat jus patronatus, quia dictio, mea, est domini significatione, l. Quintus, §. Argentus, ff. de aur. & arg. legat. Sed patronus non est dominus nisi abusive, ut l. Tale, §. fin. ff. de hered. instit. & idem si dicat Omnia jura quæ habeo, nam sermo ille generalis per suas species intelligitur, ut l. Si chorus, ff. de leg. 3. Sed in speciebus dinumerandis non potest numerari jus patronatus, quare non includitur. Sequitur Lambert. de iure patronat. par. 2. lib. 1. in §. q. princip. art. 14. num. 5. vers. Tertius casus.

Id inquam non obstat, quia hæc doctrina, non est vera, cum se fundet in illa particula, mea, quæ nihil facit, ut deducit Rebuff. in d. l. Bonorum, la secunda, ff. de verb. significat. & alii, quos sequitur Rota apud Car. Seraphin. d. decis. 725. num. 1. vers. Neque opinio Lambertini.

52 Ad rationem Baldi posset responderi nihil obstat, quod illud pronomen, mea, sit domini significatione, & patronus non sit dominus, quia dictio, mea, non refertur ad jus patronatus, alioquin contractus esset Simoniacus, cum jus patronatus, per se vendi non possit, cap. Quia clerici, & ibi glof. ult. supra eod. & infr. cap. De iure. Sed refertur ad ipsam universitatem, cum qua non ministerio hominis, sed ministerio villam transit jus patronatus tanquam accessorium, & in quandam necessariam consequentiam rei venditæ, cui adhaeret, ut dicitur in decis. Littæ. Et quemadmodum si quis dicat: Vendo tibi villam meam, illud pronomen, mea, non impedit transeat jus patronatus, ut hic admittunt Innoc. & omnes: ita nec impedire debet si dicat: vendo omnia bona mea, quia neutro casu transit ex vi pronominis mea, sed ex vi universalitatis, cui accedit.

Præterea inepta videtur differentia, quam constituit Roch. ubi supra inter venditionem omnium bonorum factam simpliciter, & factam cum illa dictione, mea. Quoniam ad proximum deduci non potest ut quis vendat universaliter omnia bona, nisi ea demonstret per illud pronomen, mea, vel aliud æquipollens, ut animadvertit, Lambertin. d. decis. q. 5. art. 14. vers. Considera sextio.

Sex-

53 Sexto QUÆRO, An vendita hereditate transeat jus patronatus.

Respondeo transeat, quia hereditas est quid universum, ut in d. l. Honorum, la secunda, ff. de verb. sign. & in l. Hereditas, & l. Item, §. Non solum, ff. de petit. heredit. & ita communiter tenetur, ut dicit Abb. hic num. 13. Ideoque jus patronatus competentis filiis, & successoribus, dicitur translatum cum universitate per cessionem à filio factam de omni jure, quod in hereditate habebat, Achill. de Grass. decis. 9. de iure patr.

54 Septimo QUÆRO, An jus patronatus veniat in legato omnium bonorum.

Respondeo affirmative, quia hujusmodi legatum intelligitur universale, l. Quoties, §. ult. ff. de usufr. juncta l. Cogi, in princip. cum l. precedent. ff. ad Trebellian. & l. Vxor mea, ff. de usufr. legat. I-

57 deoque jus præstandi magis pertinet ad uxorem relictam usufructuaria omnium bonorum quam ad heredem, ut post prolixam disputationem concludit Lambertin. de iure patr. par. 2. lib. 1. quest. 10. princip. art. 3. ubi etiam num. 22. vers. Posset etiam dici, cum segg. refert Anton. Corf. qui postea fuit Rota Auditor, & Christophorum Albam Juris consulto primarius legentes in studio Patavino ita consuluisset, & in civitate Calabriae sic iudicatum fuisse: & cum sequuta fuit Rota coram Cardinali Mantiæ, decis. 140.

58 An autem præscribens universitatem bonorum præscribat jus patronatus ei immixtum, plene examinavit Felin. in d. cap. Causam, num. 8. de præscriptio.

59 Octavo, & ultimo QUÆRO pro complemento materiae, an transeat jus patronatus cum venditur talis universitas, cum qua de jure transeat, si in hujusmodi venditione jus patronatus exprimitur: veluti si vendatur castrum cum omni jurisdictione, & jure patronatus.

Joann. Andr. in cap. unic. num. 1. vers. Quæro, de quo dubitari vidi infra eod. lib. 6. disputat latissime hanc quaestionem in utramque partem, & num. 3. vers. Item audiri, refert pro parte affirmativa fuisse in Curia sententiarum in venditione, quam fecerat Capitulum Herbipolen. Decano, & Capitulo S. Stephani Maguntini de villa Ingilem. exprimendo Curiam, agros, vineas, decimas, census jus patronatus cum omnibus juriis, &c. Sed nihilominus eod. num. 3. vers. Propter quæ, consulit tanquam certum, ut nunquam fiat expressio juris patronatus venditioni conjuncta: & per quam dici possit illud expressè venditum, sed in fine instrumenti fateatur venditor se desisse esse patronum, & omne possessionis commodum, & animum deposuisse.

Gemin. verò in d. c. unico referendo Jo. Cald. dicit posse concludi sub hac distinctione, videlicet aut expressio fit declarativè, ut Vendo villam cum omnibus juriis, id est jurisdictione, jure patronatus, &c. & tunc transit, quia talis declaratio non inducit novam, vel singularem venditionem, arg. l. Heredes palam, ff. de restam. Aut expressio fit non declarativè, sed conjunctivè, ut Vendo villam, & jus patronatus: & hoc casu jus patronatus non transit ex notat. per Jo. Andr. ubi supra. Addit Franc. in eod. cap. unico, num. 3. vers. Sed imò,

63 Quod etsi expressio juris patronatus fiat conjunctivè, tamen si fiat eo modo, quo tacitè inest, ita ut appareat illud non venire principaliter, sed

accessoriè, veluti si vendatur castrum cum jure patronatus, & tunc transeat, cum accessoriè veniat. 64 Fateatur tamen hoc pendere ab inspectione, an dictio, cum, conjungat principaliter, an accessoriè. Abb. Marian. Soccin. & alij in cap. Querelam, de simon. distinguunt: An dicitur, Vendo castrum cum jure patronatus, vel Vendo castrum, & jus patronatus, ut in primo casu transeat cum universitate; in secundo autem non: sed hanc distinctionem reprobat ibi Felin. in utr. col. concludens neutro casu jus patronatus transeat in emptorem; & hanc opinionem sequitur, & validissimis fundamentis comprobatur Lambertin. de iure patronat. 2. part. lib. 1. in §. quest. princip. art. 20. num. 12. usque in finem art. quæ & mihi magis placet, tum quia conformior dictis Jo. Andr. Tum quia firmissimis rationibus fulcitur; tum demum, quia tutior est præpter periculum simoniae: & ideo in dubio amplectenda, cap. Invenit, in §. de spons. & cap. Ad audientiam, de homicid. cum concordant.

## De iure patronatus.

## Cap. Consultationibus.

## S V M M A R I V M.

- 1 Presentandi potestatem conferunt possessio, & communis credulitas, & num. 3.
- 2 Insitutus ad presentationem etus, qui tunc ius patronatus possidebat, & credebatur patronus, non remouetur, licet illud us ab eo possessio erincatur.
- 3 Gestio non sustinetur ex titulo putativo, & communi errore, nisi concurrat possessio, vel quasi. Presentatio ut sit valida non requiritur, ut presentans sit patronus sed facti est; ut tempore presentationis sit in quasi possessione presentandi, & communiter reputetur patronus, ibidem, & num. 4. & 14.
- 4 Et quid post Concilium Tridentin. num. 8. & segg. usque in fin.
- 5 Presentatio est fructus iuris patronatus.
- 6 Fructus pertinent ad bonæ fidei possessorem, non ad proprietarium.
- 7 Collatio facta ab existente in quasi possessione conferendi sustinetur, licet ius conferendi non habeat.
- 8 Iuris patronatus titulus hodie probari debet ad prescriptum Concilij Tridentini, nec sufficit possessio presentandi, & num. segg.
- 9 Tridentinum Concilium circa probationem iuris patronatus locum habet tam in peritorio, quam in possessorio.
- 10 Patronus potest à sua quasi possessione repelli, nisi patronatum probaverit iuxta formam Concilij, etiam si Ordinarius post Concilium admisisset presentacionem sine cause cognitione.
- 11 Etiam si patronus probaverit se per quadraginta annos presentasse.
- 12 Ius patronatus non probatur ex prescriptione nisi illa sit immemorabilis.
- 13 Ad immemorabilem conscientiam computari debent anni elapsi usque ad tempus controversia moræ.
- 15 Presentatus à bonæ fidei possessore de iure communis debet institui, & præferri presentato à proprietario: secus ex Conc. Tridentino.

X 3

Nisi



- 14 Gratificari potest episcopus alteri ex presentati a patrono laico si merita sint equalia, & n. 2.
- 15 Patronus Ecclesiasticus non potest variare presentando alium etiam accumulativè.
- 16 Spiritualia debent esse firmiora.
- 17 Sacerdotis verbum aut sacrum, aut sacrilegum.
- 18 Presentatio clerici patroni habet vim electionis.
- 19 Presentatio secunda patroni ecclesiastici non tenet prima non cassata.
- 20 Episcopus an inter plures presentatos a patrono laico teneatur instituire digniorem, an vero possit alteri gratificari, & num. seq. usque ad num. 30. & num. 31.
- Quod si duo sint presentati a duobus patronis, vel a duobus partibus patronorum, num. 22. vsque ad n. 29.
- Et quid si duo simul, aut successivè temporibus sint presentati ab eodem patrono, n. 29.
- 21 Iudicij verbum sapit discretionem, & arbitrium boni viri.
- 22 Presentatio de duobus facta à pari numero patronorum non valet, & neutri acquiritur ius petendi institutionem.
- 23 Et possunt patroni aliam presentationem facere, etiam ex toto recedendo à prima.
- 24 Episcopus inter duos presentatos à duobus patronis laici potest alteri gratificari, imò & de extraneo providere si lapsi sint quatuor menses.
- 25 Idem si patroni ab initio promiserint non variare, aut consenserint ut Episcopus habeat gratificationem, num. 28.
- 26 Patroni laici non possunt recedere à promissione de non variando, maxime si sit irritata.
- 27 Institutio de digno omisso digniore inter duos presentatos a patrono laico quamvis à principio fieri non debeat, tamen salta tenet, & num. 33.
- 30 Declaratur.
- 31 Concurus Decisio S. Congregationis Concilii quod in Parochialibus patronatus laicorum non requiritur forma examinis per concursum, an habeat locum quando plures à patrono laico sunt presentati, & n. seq. usque in finem.
- 32 Patroni laici an teneantur prestare digniorem.

**C**UM AUTEM. Laicus patronus uno presentato potest alium presentare, Clericus hoc non potest. Hoc dicit secundum Jo. Andr. & Anchar. & Jo. de Anan. Vel aliter, secundum Anton. de Butr. Laicus patronus uno presentato potest alium accumulare, clericus no. Vel specialis secundum Abb. 2. In pluribus successivè presentatis à patrono laico Episcopo datur gratificatio; sed in presentatis à persona ecclesiastica potior est primo presentatus. Partes per se patent, Secunda ibi, verum.

Nota primo advocatum sumi pro patrono, ut exponunt Innoc. Hostien. Jo. Andr. & Gardin. omnes in princ. Sicut jus advocacionis sumitur pro iure patronatus, ut supra in c. prox. & ibi per Host. in princ. in ver. Advocacionis Propterea autem dicitur advocatus, seu defensor, ut idem Hostien. ait in summa huius tit. in §. Quid competat. in 2. col. vers. Sequitur predicta, quia teneatur pro viribus ecclesiam ab omnibus oppressionibus defendere, cap. Fijs, & cap. Decernimus, 16. q. 7. Idem notat Gayl. in repp. cap. fin. in 18. col. de elect. lib. 6. dicens patronum habere onus defendendi, & tuendi ecclesiam, & ideo dici habere advocatiam,

seu guardiam, ut in c. Praterea, supra eodem, & sequitur Lambertin. alios cumulans in tract. huius tit. lib. 3. q. princ. art. 7.

Secundo nota ibi, postmodum, patronum laicum posse duos presentare successivè temporibus, & hanc esse communem omnium Doctorum sententiam testatur Lambertin. in tract. huius tit. lib. 2. par. 2. in 3. quest. princip. art. 21. num. 4. Quod si potest successivè temporibus, ergo multo magis potest simul presentare plures à principio, ut scilicet Episcopus alterum eligat, & admittat, Clem. Plures, §. fin. de iure patron. secundum Jo. Andr. hic in ver. postmodum Cardin. in princip. & Anchar. in 3. notab. glossa, Cardin. Anchar. & Imola. post antiquos in d. §. fin. An autem ille textus vendicet sibi locum etiam in patrono Ecclesiastico, sunt opiniones; Vide Lambertin. in eodem tract. lib. 2. par. 2. in 3. questione princip. art. 6. & latius art. 7.

Tertio nota, eo non refutato, patronum laicum posse variare presentando secundum non absolute sed accumulativè, non enim potest ex toto primo refutare, quod non obscure probatur hic secundum Jo. Andr. n. 6. vers. In gl. 1. & Abb. n. 2. Nam si potest ex toto recedere à priori, non daretur facultas Episcopo illum instituiendi. Cuius contrarium hic deciditur, unde deur illo optio instituiendi quem maluerit, Sed tu advertit, quia hic intellectus non videtur sufficienter deduci ex hac littera. Nam hic recitatur factum patroni, qui presentavit secundum primo non refutato. Et supposito hac presentatione accumulativa, textus decidit esse locum gratificationi Episcopi. Sed quid juris sit si patronatus presentasset secundum refutando primam, an et hoc licitum esset, an ve eo casu Episcopus haberet gratificationem, necne, textus non determinat, & gl. 1. sentit patronum posse variare etiam recedendo à primo, ad exemplum illius, qui plures constituit procuratores diversis temporibus. Si quis cum procuratorio, §. ult. ff. de procurator. &c. Non iniuste, supra de procurat. Quod etiam tenuit Goffred. in summa huius tit. in 2. col. vers. Sed si laicus. Sed nihilominus primum intellectum communiter probant Doctores, nempe Hostien. num. 1. Jo. Andr. ubi supra, Butr. n. 2. & 7. Gardin. n. 3. Anchar. eod. num. Abb. d. n. 2. & Jo. de Anan. n. 1. Idem voluit Jo. Andr. in reg. In re communi, in fine quest. de regul. iur. lib. 6. in Mercurial. Joan. Calderin. conf. 9. Hoc tit. Archid. in cap. unico, in 2. col. vers. Verum, infra eod. lib. 6. Henric. Boych. in c. Passoralis, circa finem, vers. Vide hac questio, infra eodem, Roch. de Curte in hoc tract. in ver. Honorificum, in princ. 9. qu. Nec dissentit Goffred. loco citat. nam et si primò dixerit cum glossa patronum per fecundam presentationem recedere à prima; tamen postea subdit, & tunc videtur arbitrio Episcopi relinquendum quis eorum alteri preferatur. Et ita Goffred. videtur à priori sententia recedere. Nam si relinquatur arbitrio Episcopi quis ex duobus presentatis instituat: ergo prima presentatio non fuit revocata; alioquin Episcopus non posset primum instituire. Ac de hunc hanc opinionem amplectitur omnis schola Canonistarum, & Legistarum, in hac materia loquentium, ut aliis relatistatur Lambertin. in hoc tract. lib. 2. par. 2. in 7. quest. princip. art. 21. num. 4.

Ratio huius conclusionis est secundum Hostien. cui ceteri subscripserunt, quia quod à patrono fit, non est ratum donec Episcopus admittat, ut cap. Quod autem, primo responsio, supra eodem, & sic est locus penitentiae quoad patronum, non quoad Ducefanum, qui potest quem maluerit instituire, & alterutri gratificari auctoritate huius capituli.

Itaq; potest patronus laicus variare non recedendo à primo sed accumulando. Quod si simpliciter presentaverit secundum, nec expresserit an privatè, vel cumulativè, nec aliunde apparet eum voluisse à priori presentacione rescire, tunc censetur voluisse ut facultate sibi attributa ex dispositione juris; & presentati cumulatè, non privatè, ut sic actus potius valeat, quam pereat, ut contra Lapum allegat, 78. incipien. Vacauerat ecclesia, pluribus probant Roch. in tract. huius tit. ver. Honorificum, q. 13. & Lambertin. in eodem tract. lib. 2. par. 2. in 3. qu. princip. art. 22. licet Lopus loquatur in eo casu in quo patronus laicus presentavit secundum, non simpliciter, sed narrando se velle variare, id est à prima presentacione recedere, unde non contradicit.

Non tamen intelligas ut patronus laicus accumulando possit variare toties, quoties voluerit, sed semel tantum: nam jura loquuntur de duobus successivè, & non de pluribus, ut patet ex hac littera ibi, alium aequè idoneum presentavit, nec non ibi, quis eorum alteri preferatur, ut cap. Quod autem, supra eod. & infra ex c. Cum dilectus, & c. Passoralis, & efficaciter probat Jo. Calderin. conf. 16. An laicus, hoc tit. Roch. in hoc tract. q. 10. Lambertin. in praed. quest. 3. art. 23. Francis. Marc. decis. 478. post nu. 6. par. 1. & Nauar. in c. Placuit, n. 167. & leg. de penit. dist. 6.

Sed hoc ultimum limita ut non procedat, si prima presentatio esset nulla, veluti si facta esset coram non habente potestatem instituiendi, quia tunc sicut patronus potest presentare secundum ex toto recedendo à primo, arg. cap. Cum laici, supra eodem, per quem textum ita tenet Abbas in c. l. super gl. in ver. Placere, supra de iudic. & Roch. in tract. huius tit. in ver. Honorificum, q. 9. vers. Tertia favoritur questio. Eodem modo potest presentare tertium accumulando eum secundum. Prima enim presentatio nulla in numero presentacionum non computatur; & sic secunda presentatio erit prima; quia non prestat impedimentum, quod de jure non fortitur effectum, cap. Quod autem, supra eod. cap. Bone, ille secundo, & c. Congregata, de elect. & in hac specie tradit Lambertin. in hoc tract. lib. 2. par. 2. in 7. qu. princip. art. 21. num. 6. vers. Ex quibus discernimus unum novum.

Qua limitatio procedit etiam si patronus laicus primo loco presentaverit indignum; quia si teneamus ex hoc eum non esse privatim pro illa vice facultate presentandi, secundum opinionem Jo. Andr. & Gardin. in cap. Cum vos, supra de offic. ordin. poterit facere secundum presentacionem ex toto recedendo à prima: item poterit facere tertiam accumulando eam secundum, ut ex dictis constat. Si verò teneamus contrariam opinionem Hostien. quam tuerit, & verissimam dicit Abb. in d. c. Cum vos, num. 5. tunc ut dicitur hic Host. n. 1. Jo. Andr. & Gardin. n. 3. Si primus presentatus est minus idoneus, & secundus idoneus, me-

ritò penitet patronum, arg. l. Nonnunquam, de collat. honor. Sed & merito tunc Ducefanus admittit secundum repulso primo, quia tamquam male meritis dignus est qui publica egestate laboret, ut h. Bona fides, ff. Depositi, & eo casu Episcopus admittendo secundum intelligitur facere gratiam patrono. Nam ex quo patronus presentavit indignum possit Episcopus iure suo ecclesiam ordinare, ut in authen. de Sanctiss. Episc. §. Si quis oratorij domum, collat. 9. & notatur in d. cap. Cum vos de offic. ordinat.

An autem lite pendente inter presentatos liceat patrono colligantem presentare, & sic art. c. 1. Vt lite pendente, lib. 6. habeat locum in duobus presentatis, vide ibi per Jo. Andr. & DD. Roch. in tract. huius tit. in ver. Honorificum, q. 23. Lambertin. in eod. tract. lib. 1. par. 2. in 6. questione principali art. 12. Covarr. practica. quest. cap. 36. num. 7. vers. Tertio, quandoque, & Rota apud Farinac. decis. 216. num. 7. p. 1. recent.

Quarto nota ibi, aequè idoneum, ita demum esse locum gratificationi Episcopi inter plures presentatos à patrono laico, si merita sint equalia. Secus ergo si unus sit dignior altero. Sed an, & quando hoc fit verum, latius dicam infra in prima questione.

Ultimo nota patrono Ecclesiastico non esse licitum variare alium presentando etiam accumulativè, ut hic est casus in vers. Verum si collegit. Ratio autem diversitatis cur illic presentato laico, & non Ecclesiastico, multiplex à Doctoribus assignatur. Glossa penultima dicit hoc id eo esse, quia Clerici patroni pingvius jus habent, quam laici, arg. c. Si quis Episcoporum, 16. q. 4. id est ex presentacione Clerici plus juris tribuitur presentatio, quam ex presentacione laici, ut explicat Cardin. 4. vers. Quare quia est ratio, & patet infra, n. 18. Deinde dicit glossa hoc statutum esse in vobis Clericorum, quibus variatio est interdita. Sed hoc nihil est. Imò secundum Hostien. n. 2. hoc potius statutum est in favorum Clericorum, quia per hoc coetus Clericorum tamquam spiritualis declaratur dignior, quam laicorum tanquam temporalis: nam spiritualia debent esse firmiora, ut c. 2. de trans. Episc. & facit Clem. Cum illis, de renuna. Unde pactio, sine locutio, vel dictum etiam cum iuramento firmius est si agatur in foro ecclesie, ut notatur in cap. 1. & 3. de pactis. Ad quod conferunt illa verba Psalmi, Que procedunt de labijs meis non faciunt irrita, cap. Psalmista, 23. dist. Et quod ait Beatus Bernardus, Verbum Sacerdotis, aut sacrum, aut sacrilegum. Vel formalis secundum Innocent. hic in fine, idcirco Clerici variatio est interdita, quia illorum presentatio vim habet electionis, quod nunquam tradas oblivioni. Unde inserti Host. n. 6. ut sicut non tenet secunda electio prima non cassata, c. Consideravimus, & cap. Auditis, supra de elect. ita nec secunda presentatio, Clerici, de quo per Compoll. in cap. Capitulum, nu. 61. de rescriptis, & in his consentiunt hic Jo. Andr. n. 7. Butr. n. 9. Gardin. ubi supra. Anchar. nu. 5. & Abb. num. 7.

QUAERO, an inter plures presentatos à patrono laici Episcopus teneatur instituire digniorem, an vero possit alteri gratificari.

Glossa hic in ver. Iudicio Episcopi. Dicit tunc esse locum gratificationi cum dubitatur quis potior sit in iure, vel cum aliquis non potest subveni-

nite utriusque, ut hic, & in l. Si quis in gravi, §. Si cum omnes, ff. ad Syllan. alias secus, ut hic in fine in l. Plerumque, C. de dilat. & in l. Generaliter, §. Quid ergo, ff. de fideicom. litem. Ergo sentit glossa ita demum inter plures presentatos posse Episcopum alteri gratificari, si res sit dubia, & sic merita sint æquata. Secus ergo si unus sit dignior altero. Quod apertius tenet Abb. num. 5. per text. in cap. Si forte, §. dist. ubi si vota eligentium sunt paria, metropolitani iudicio præterendus est is, qui maioribus studiis juvatur, & meritis. Item per cap. Quoniam, supra eod. ubi in discordia patronorum præteritur qui maioribus juvatur meritis, & plurimorum approbatur assensu. Item per hanc litteram, dum ponderat quod secundum præsentatus erat æque idoneus. Secus ergo si fuisset magis idoneus. Et ex his inferi Abbas, ut si dignior posttergatur, appellare possit ab irrationabili Episcopi iudicio: nam præelectio committitur hic iudicio Episcopi: tamquam boni viri, cum verbum iudicium, sapiat discretionem, & boni viri arbitrium, ut legitur, & notatur in cap. 2. supra de corp. viciat. & in l. Fideicommissa, §. Quamquam, ff. de legati. 3. & Abb. sequuntur Paul. de Ciudadin. in hoc tractat. 6. par. quest. 6. & Rocch. de Curte, qui hæc hæc partem tuetur in ver. Honorificum, in 15. quest.

Sed oppositum tenent hic Hostien. in princip. Jo. Andr. num. 2. Cardin. num. 4. in 3. opposit. qui exponunt verba, æque idoneum, scilicet non in quantitate idoneitatis, sed in qualitate: sufficit enim ut non sit malus, ut notatur in cap. Quoniam, in gloss. in ver. Qui maioribus, supra eod. Ad hoc cap. Monasterium, in fine, & ibi gloss. ult. 16. quest. 7. & sequuntur hic Anton. de Butr. num. 3. Perr. de Ancharan. num. 4. & Jo. de Anan. num. 2. addunt Jo. Andr. & Cardin. illud verbum æque, aliis in textu non reperiri.

22 Pro solutione duo casus videntur distinguendi. Primus est cum duo sunt presentati à duobus patronis, vel à duobus partibus patronorum, eo quod una pars presentavit unum, altera alterum. Secundus est cum duo simul, aut successivis temporibus sunt à patrono laico cumulativè presentati. Quos casus recenset tamquam diversos Lambertin. in tract. huius tit. lib. 2. par. 2. in 7. quest. principalis, art. 25. num. 3. & 4.

In primo membro Jo. Andr. hic n. 3. post eum Cardin. n. 4. & Abb. n. 8. dicunt ex duobus presentatis à duobus patronis Episcopum posse alteri gratificari, atque ita non diversificant hunc casum ab eo, in quo plures sunt presentati cumulativè. Sed reverà non loquuntur explicitè in eo casu, in quo unus ex presentatis est dignior altero; quin potius videntur supponere eos esse æque idoneos, cum sumant argumentum ab hoc capitulo, quod de talibus loquitur: & in hoc casu etiam loquitur Innocent. in cap. 1. in fine, supra eod. quem Abb. allegat ubi supra: ait enim patronis discordantibus, si merita presentatorum sint paria, esse locum gratificationi; juxta textum hic. Sed expressius idem Cardin. in Clem. Plures, in princip. 4. cod. dicit, Si duo patroni presentant duos, esse admittendum magis idoneum; Si autem æqualiter sunt idonei, locum esse gratificationi, allegat notata in c. 1. supra eodem. Quam opinionem clarè etiam tenet ibi Joan. de Imola, & est ex mente glossæ in c. Si plures, 16. quest. 7. quæ aper-

tè dicit in discordia patronorum Episcopum teneri eligere digniorem si sine scandalo id heri possit; Si verò presentati sint pares meritis, Episcopum posse gratiam facere cui velit. Et hanc partem pluribus probant Roch. in hoc tract. in ver. Honorificum, in 15. quest. & Lambertinus d. art. 26. ea præcipuè ratione, quia hoc casu Episcopus est Index inter duos presentatos. Ergo iustitiam ministrare debet: alioquin non diceretur Index, & foras de verborum signific. Sed utique iustitiam non ministraret si minus dignum prælegeret posthabito digniori. Et sic putant hoc habere locum in utroque foro, ita ut etiam liceat postposito appellare; Sed præcipuè in foro conscientie, ex notatis in c. Constitutus, supra de appellat.

Verum Petr. de Anchar. hic n. 4. & post eum Jo. de Anan. n. 2. dicunt opinionem Jo. Andr. quod inter duos presentatos à duobus patronis sit locus gratificationi, non esse veram, quia si patroni sint discordes, aliter providetur, quam per gratificationem, ut in cap. 1. & 3. supra eodem.

23 Tu advertet, quia cum duo sunt presentati à pluribus patronis in pari numero, neutri acquiritur jus presentandi institutionem, cum ad hoc requiratur ut presentatio sit facta à majori parte patronorum, textus est clarus in cap. Quoniam, & ibi dixi in 4. notab. supra eod. Quo fit ut Episcopus minimè teneatur digniorem instituire, quia ad hoc requiritur ut presentatus in discordia patronorum non solum maioribus juvetur meritis, sed etiam plurimorum approbetur assensu, quæ sunt verba d. c. Quoniam: unde patet sustineri non posse quod dixerunt Roch. & Lambertin. supra citati, videlicet ex duobus presentatis à duobus patronis Episcopum teneri instituire magis idoneum. Imò e. i. m. ut ait Caspar. de Calderin. hic. Fortè posset Episcopus de alio providere, ut cap. Eam te. cap. Si verò, & d. cap. Quoniam, supra eodem. Ergo fortius potest gratificari alteri ex presentatis: quod placet Cardin. hic num. 4. Quia, inquit, ex quo neuter presentatorum est presentatus à pluribus, neutra presentatio tenet arg. d. c. Quoniam, A contrario. Sed hoc ultimum de provisione extranei, & gratificatione non transit abique difficultate; quia licet presentatio in pari numero patronorum non valeat, tamen non propterea jus ordinandi ecclesiam devolvitur ad Episcopum nisi lapsum sit quadrimestre patronis laicis à jure præfixum, ut in d. c. Quoniam, in fine, & in cap. Cuius propter, infra eod. Imò infra dictum tempus stante autilitate primæ presentationis licitum est patronis laicis variare, & aliam presentacionem faceretiam ex toto recedendo à prima, cap. Cum laici, supra eod. & dixi supra in 3. notab. vers. Sed hoc ultimum, n. 9. Unde concluderem inter duos presentatos à duobus patronis Episcopum non solum non teneri digniorem instituire, sed nec posse alteri eorum gratificari, & multò minus de extraneo providere nisi in duobus casibus. Primus est si lapsi sint quatuor menses; quia tunc cum presentatio illa non valeat, jus conferendi est ad Episcopum liberè devolutum. Unde cum sit in facultate ipsius de extraneo providere, multò magis potest si voluerit, alteri ex presentatis gratificari; & in hoc casu procedat opinio Casp. Calderini, & Cardinalis. Secundus est cum patroni ab initio promiserunt non variare, nec alium presentare: nam contra talem promissionem venire non possunt,

sunt, cum à jure non sit reprobata, ut Clem. Plures, in fine hoc tit. Et firmat Lap. allegat. 78. V. a. caverat Ecclesiam, num. 6. vers. Item quia secundum præsupposita, presentatum sit iuramento vallata, ut per Lambertin. lib. 2. par. 2. in 7. quest. principalis art. 18. Unde hoc casu abique dubio licebit Episcopo alteri ex presentatis gratificari etiam si lapsi non sint quatuor menses; & licebit de extraneo providere, secundum Calderin. & Cardin. Et idem esset si patroni consentirent ut Episcopus haberet gratificationem. Et fortè in hoc casu loquantur Innoc. Jo. Andr. & alij prælegati. Alias non video quomodo durante adhuc quadrimestri Episcopus possit instituire alterum ex duobus nulliter presentatis, & præcipere patronis jus quod habent recedendo à prima presentacione, invalida, & alium presentandi. Nec obstat textus, in cap. Venerabilem, §. Quod autem de elect. quia loquitur in eo casu, in quo electores discordes sunt moniti, & expectati.

In secundò membro principali, cum scilicet duo similes aut successivis temporibus sunt ab eodem patrono cumulativè presentati juxta terminos hujus c. & Clem. Plures, eod. tit. existimo veram esse distinctionem, quam ponunt Doctores per illum textum in cap. Constitutus, supra de appellat. ut scilicet à principio non sit locus gratificationi, sed Episcopus omnino teneatur prælegere digniorem, adeo ut peccet contra justitiam distributivam eligendo minus dignum: nam ante electionem omnia jura clamant meliorem, & sanctiorem esse eligendum, cap. Licet ergo, 8. qu. 1. cum coarordan. de quibus per gl. in c. 2. in ver. Sanctiones de offic. eiusdem, sed post factum sustineatur electio de digno, omisso digniori, nec liceat posthabito appellare, ut litum occasiones amputentur. Quam dictionem probavit S. Thom. & alii, quos retuli in cap. Cum dilectus, n. 19. supra de consuetud. & in terminis nostris eam probavit, Dec. in cons. 129. Pro tenui, in princ. 2. col. ubi vult ut quamvis dignior sit institutus inter plures cumulativè presentatos, tamè hoc procedat ante factum, sed post factum valeat institutio de digno, omisso digniore, & eum sequitur Lambertin. in hoc tractatu lib. 2. par. 2. in 7. qu. principalis, art. 26. num. 4. & sequi, qui tamen limitat nisi alter ex presentatis ante institutionem allegasset se digniorem, id que probaturum obtulisset, & à futura institutione appellasset; quia tunc non teneret institutio etiam in foro judiciali secundum eum n. 5. & Abb. hic per notata in c. Passoralis, infra eodem.

31 Successivè QUERO, an decisio S. Congregationis Concilii, qua declaratum fuit in Parochialibus de iure patronatus laicorum nõ requiruntur examinis per concursum à Concilio Trident. præscriptam, cap. 18. sess. 24. vendicet sibi locum quando plures à patrono laico sunt presentati.

Jam censuit S. Congregatio speciale esse in iure patronatus laicorum ut non requiratur ejusmodi concursus qualis ex Conc. & Constitutione Pij V. necessarius est in provisionibus Parochialium liberis, nec non illis, quæ de iure patronatus Ecclesiastico existunt, hic enim vacantibus proponuntur edicta ad vocandos quoscumque etiam extraneos, ne dum presentatos. Et secundum hunc intellectum ad propositam consultati-

onem videtur respondendum non esse institucendum concursum, in quo liberum sit etiam aliis non presentatis dare nomina, ut examinentur, prout loquitur Concilium Trident. in d. c. 18. in ver. Liberum sess. 24. nam si hujusmodi concursus nõ sit quando unus tantum à patrono laico presentatur, juxta declarationem alias editam; multò minus videtur necessarius quando plures presentantur, ex quibus facilius potest Episcopus idoneum, vel magis idoneum eligere, & secundum hunc sensum declaratio S. Congreg. procedit etiam quando sunt plures presentati, cum nec eo casu proponi debeat edictum ad vocandos quoscumque qui volent examinari. Sed remanet dubium an saltem omnes presentati debeant examinari ad effectum ut ex illis Episcopus eligat digniorem, quem instituire teneatur. Et quamvis propriè nõ dicatur concursus de quo Concilium intelligitur; nihilominus ut satisfiat dubitationi quoad hanc partem.

Præmittendum est in illa disputatione an de iure communi pluribus à patrono laico cumulativè presentatis teneatur Episcopus digniorem eligere, vel liberum sit cui velit gratificari, de qua per Doctores hic & in Clem. Plures, eod. tit. non deesse auctores pro utraque sententia. Nam Dec. cons. 129. dicit communem opinionem esse cum Jo. Andr. hic ut institutio facta de minus idoneo valeat quasi id relinquantur iudicio, & conscientie Episcopi, qui dummodo idoneum eligat, gratificari potest, secundum eum intelligendo verbu, æque, hic positum verificari non in quantitate bonitatis, sed tantum in qualitate, ut latius explicavimus præcedenti questione, nu. 21. vers. Sed oppositum. Et hanc opinionem sequuta est Rota coram D. Brauo, reprobata opinione Abbatis sententis Episcopum teneri digniorem instituire, & ab institutione minus idonei appellari posse juxta notata in cap. Passoralis, infra eod. Verum tamen opinio Abbatis, quam alii sequuntur relati per Lambertin. in tract. de iure patr. lib. 2. par. 2. in 7. qu. principalis art. 26. videtur magis congruere rationi, & menti Concilii Tridentini, imò & textui nostro, qui permittit electionem iudicio Episcopi eo casu, in quo sunt plures æque idonei. Ergo data in æqualitate merito cum non est locus gratificationi.

Cæterum quidquid sit de iure communi, in casu terminis advertendum est contra unam opinionem, de qua Dec. testatur, procedere quando alter ex patronis presentat unum, & alter alium. Quem casum uti diversum à presenti distinguunt Lambertin. ubi supra, & nos distingimus in questione præcedenti, nu. 22. certe hoc casu esse mentem Concilii, & Bullæ Pij V. vel iter dicendum ex pluribus presentatis digniorem esse institucendum. Et cum de cuiusquam meritis, & idoneitate non possit nisi per examen iudicari, propterea omnes presentatos examini subijciendos esse planè intentio Conc. colligitur tum ex modo, quem præscribit servandū in collatione parochialium, qui alio nõ tendit, quæ ut parochiales non nisi dignioribus conferantur: tum quia illis casibus, quibus electio competit Episcopo, semper decernit digniorè eligi debere ibi, (Ex hisq. Episcopos cum eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit, atq. illi, & non alteri collari fiat.) Quin etiam illud idem disponit quando electio spectat ad patrono

32 tronam ecclesiasticam. Et quamvis ubi Ecclesie sunt de iure patronatus laicorum, noluerit aliter gerere patronos ad presentandum plures, neq; ad presentandum digniorem, cum aliis dabitarent Doctores an in foro conscientie ipsi patroni tenerentur perquirere, & presentare digniorem ex pluribus, quos presentare, ut latissime per Lambertin. in hoc tract. lib. 1. par. 2. in 10. quest. princip. art. 3. ideoq; satisfiat Concilio si iudicatus presentetur: Si tamen contingat ut plures presententur, quod est Ecclesie utilius, vel verisimile non est Concilium reliquisse Episcopo libere arbitrium eligendi minus dignum, cum esset eo casu favor patroni, & ratione retrahantur laici a fundatione, & dotatione Ecclesiarum, ob quam de claratum est non requiri concursum, ne scilicet laici compellantur plures presentare, neve extranei concurrentes qui prope magis digni iudicati ipsis presentantur. In id vero patroni quotiescumque plures presentant, censendi sunt ea mente id facere, ut dignior ex illis eligatur.

Constitutio Pij V. adhuc apertius protestatur mentis sue: sicut ut Parochiales non solum dignos, sed magis idoneos conferantur, ac propterea concedit appellationem a mala electione ordinarij, & vult rejectionem licere ad novum examen provocare ipsum prelatum coram iudice appellationis.

33 Quamvis autem Constitutio videatur intelligenda cum iuxta formam Concilij faciendum est examen per concursum; ratio tamen dicitur idem juris esse hoc casu ex presumpsa mente legis. Quamobrem a l'adibus responderi potest declarationem S. Congregat. non excludere hunc concursum sed ex mente Concilij, & Constitutionis omnes presentatos examinandos esse, eumque instituentium esse, quem ex ceteris approbatus magis idoneum ad ecclesiam gubernandam Episcopus iudicaverit. Ceterum an institutio de minus digno facta hoc casu irrita sit, & an quo l'adibus de appellatione habeat locum in proposito specie, videtur maturius deliberandum: Et ita responsum Rotæ de hac dubitatione consulenti.

De iure Patronatus.

Cap. Nobis.

S U M M A R I U M.

- 1 **J**us patronatus acquiritur ex constructione Ecclesie facta de consensu Episcopi. Etiam si construens explicitè ius patronatus sibi non reservaverit, dummodo expresse illud non remiserit, n. 4.
- 2 Patronus non eligit Prælatum in Conventuali Ecclesia, sed in Capella sic, n. 14. & 23.
- 3 Patrono debetur processio honoris, & alimentatur ab Ecclesia si vergat ad inopiam, n. 17. & 25. cum seqq.
- 4 Mulier Ecclesiam construens de Diocesani consensu acquirit ius patronatus.
- 5 Si quis verbum tam in masculo, quam in feminis completitur ex propria significatione.
- 6 Iudæus, vel Paganus non acquirit ius patronatus, si Ecclesiam fundet, vel construat.

- Tenetur tamen eam dotare, n. 9.
- 8 Iudæus, vel Paganus puerum baptizans, aut levans de sacro fonte non contrahit cognitionem spirituales.
  - 9 Hæreticus baptizans, aut levans de sacro fonte acquirit cognitionem spirituales, sed Ecclesiam construendo non acquirit patronatum.
  - 11 Ius patronatus an veniat in confiscatione honorum.
  - 12 Excommunicatus Ecclesiam construens de consensu Episcopi, quamvis non debuerit admitti, tamen efficitur patronus, sed exercitium non habebit ante absolutionem.
  - 14 Ius Patronatus, seu presentandi Prælatum in Ecclesia Conventuali, seu Collegiata non acquiritur ex fundatione, vel constructione Ecclesie sine privilegio Apostolico.
  - 15 Ecclesia Conventuali appellatione comprehenditur omnis collegiata.
  - 16 Collegiata Ecclesia que dicitur, remissive.
  - 17 Patrono debetur processio honoris, & ius consequendi alimenta ab Ecclesia si ad inopiam deveniat.
  - 18 Patronus an in Ecclesia iura patronatus in sessionibus, & alijs actibus temporali domino loci sit preferendus, n. 1. segg. usque in fin.
  - 19 Patrono triplex ius competit in Ecclesia patronata videlicet, oneroso, & honorifico.
  - 20 Ius honorificum in quibus consistat, n. 25.
  - 21 Honorarij præ ceteris debet qui maiorem habet iurisdictionem, n. 24. & 30.
  - 22 Dominus temporalis, si Superiorem non recognoscit a comparatur Principi, si recognoscit, Præsidi.
  - 23 Laici magis in crimen committunt etiam a conspirantibus in Baronem.
  - 24 Barones etiam extra locum Baronie præferuntur nobilibus iurisdictionem non habentibus.
  - 25 Honor processio qui debetur Patrono, quotuplex, & num. segg.
  - 26 Patrono ad Ecclesiam venientiam, & quousque Clerici obviari exire tenentur.
  - 27 Patronus in sessionibus, & alijs actibus an sit ceteris preferendus, n. 29.
  - 28 Patrono debetur honor processio, id est presentationis, n. 29.
  - 29 Parlamenti Domini qui amvis primam Sedem obtineant, hoc tamen non intelligitur respectu Consiliariorum, qui in eos habent iurisdictionem.
  - 31 Rector Ecclesie præ alijs honorari debet.
  - 32 Sublimis persona quibus verbum a iure comprehendit concesserint.

**N**OBIS. Ex constructione Ecclesie facta de consensu Episcopi acquiritur ius patronatus. Hoc dicit primo, Patronus non eligit prælatum in Conventuali Ecclesia, sed in Capella sic. Hoc secundo, Patrono debetur processio honoris, & alimentatur ab Ecclesia, si vergat ad inopiam. Hoc tertio Jo. Andr. But. Cardin. Anchar. Abb. & Jo. de Anan. Et sunt tria dicta. Secunda, ibi, Ceterum, Tertia ibi. Pro fundatione.

4 Nota primò ibi, Si quis Ecclesiam cum assensu Diocessani construxit. Ex constructione Ecclesie acquirit ius patronatus construens, dummodo tamen eius bona ipso iure sint confiscata, c. Cum secundum, de heret. lib. 6. utique de suo dare non potest fundum, dotem, vel ædificium. Facit Prosp. Fagn. in 2. part. 3. Decretal. Tom. 5.

fundatione ecclesie ius patronatus sibi explicitè non reservaverit, quia nihilominus ei acquiritur ius ministerio, dummodo expresse illud non remiserit. ut c. Significavit de rebus, & satis probat hæc littera, quæ simpliciter dicit ius patronatus acquiri ex ipsa constructione, nec ullam facit mentionem reservationis. Et ita declarat Joan. Andr. Bald. Butr. Cardin. Imol. Abb. Aretin. & Felin. in d. cap. Significavit, Archid. Jo. Andr. Gemin. & Franc. in c. 1. de iure patr. lib. 6. Roch. de Curte in hoc tract. in ver. Ecclesiam fundavit, q. 8. nu. 12. Latè Lambertin. eodem tract. lib. 1. qu. 2. art. 4. & eodem lib. part. 1. s. art. 2. questionis principalis. num. 12. Rota decis. 167. n. 4. part. 2. divers. ubi attestatur hanc esse receptissimam conclusionem, & in recent. decis. 421. n. 2. par. 2. An autem ad hoc sufficiat sola constructio Ecclesie, an verò etiam requiratur fundatio, & dotatio, dic ut plene scripsi in cap. Quoniam, a. n. 23. usque ad nu. 50. supra eodem. Item pondera latitudinem illius verbi, Signis, ex hoc enim inferatur ad questionem Numquid mulier, infidelis, hæreticus, vel excommunicatus acquirit ius patronatus ex constructione Ecclesie.

6 De muliere concluditur affirmativè, quia, verbum hoc, Signis, tam masculos, quam feminas completitur, dicitur textus in l. 1. ff. de ver. signifi. ubi Bart. n. 2. vers. Ego dico: ponderando verbum Complectitur, dicit hoc non contingere ex interpretatione extensiva, sed ex propria significatione, c. Generalis, & ibi gloss. l. Jo. Monach. & Canonice, de elec. lib. 6. c. Si quis fuerit, 17. q. 4. juncto c. Mulieres, de sent. excom. eod. lib. Ad hoc inducitur bonus textus in c. final. de concess. preben. ubi fit mentio iuris patronatus Communis Flandren. & in cap. Ex litteris, supr. eod. & in cap. Quoniam investituræ, & ibi gl. in ver. Vel femina, 16. q. 7. cum similibus, ut per Abb. in c. Cum seculum, n. 4. supra eod. & hic firmant Jo. Andr. num. 2. in fin. in ver. Si quis: cum quo ceteri concordant, ut dicam infra nu. 13. Calder. cons. 1. hoc rit. Roch. de iure, patr. in ver. Competens, q. 1. Lambert. in eod. tract. l. 1. par. lib. 1. qu. 7. art. 2. num. 30. Cassador. decis. 1. de iure patr.

7 De infideli Judæo, vel pagano dic contra, quia ver. Si quis, exponitur id est fidelis, secundum Jo. Andr. hic nu. 3. Unde infidelis ex constructione, vel fundatione ecclesie ius patronatus non acquirit, ut cap. Pie mentis in fin. c. Quicumque, in princ. & cap. Frigentius, in fin. 16. q. 7. ubi gloss. in ver. Qui Christianus: dicit, Ergo Judæus non efficeretur patronus, licet fundaret aliquam ecclesiam; Et est simile in cognitione spirituali, quam infidelis non acquirit, si puerum baptizet aut leve de sacro fonte, ut firmat Jo. Andr. in c. Ex eo, 9. nu. 5. & 8. de regul. iur. lib. 6. tamen Paganus, vel Judæus de sacro fundaret Ecclesiam, teneretur eam dotare sicut teneretur dotare filiam ad fidem convertendam, & Ecclesia esset liberæ collationis, ut probat Lambertinus par. 1. lib. 1. qu. 5. art. 8. n. 1. & 2.

10 De hæretico idem dicendum, quia est cognationem spirituales acquirit, ut notat Jo. Andr. in d. c. Ex eo, num. 3. vers. Dicit Palmerius, de reg. iur. lib. 6. tamen patronatum non acquirit, quia cum eius bona ipso iure sint confiscata, c. Cum secundum, de heret. lib. 6. utique de suo dare non potest fundum, dotem, vel ædificium. Facit Prosp. Fagn. in 2. part. 3. Decretal. Tom. 5.

11 cap. 2. §. fin. eod. tit. Et quatenus etiam esset patronus, tamen illud ius confiscatum esset, secundum Jo. Andr. hic nu. 3. vers. De heretico. Facit c. Maximum, 1. q. 7. Et nota hoc dictum, quia ius patronatus transit cum confiscatione honorum, ut hic per Abb. num. 2. vers. De heretic. Sed quo ad hoc tu vide DD. de Rota in Lucana iurisdictionis coram Coccino decis. 232. & decis. 298. & decis. 351. quibus in locis distinguitur, an confiscatio facta fuerit per iudicem laicum, an per Ecclesiasticum.

12 De excommunicato autem dicit Jo. Andr. hic nu. 3. vers. De excommunicato male fecisse Episcopum, qui cum admittit, sed tamen si Episcopi consensu Ecclesiam construxit, patronus erit, sed exercitium non habebit ante absolutionem, cap. Cum dicitur, de consuetudine: nam cum religionem profiteatur, matrimonium contrahat, & alia faciat, quæ enumerantur à Jo. Andr. in cap. Dolo sicut, in secundæ parte questionis, vers. 3. de regul. iur. lib. 6. Ergo & ius patronatus acquirit: & facit quod notatur in cap. Veritatis de dolo, & contumacia, & in cap. Decernimus, de sent. excom. in novella, & cum excommunicato liceat Ecclesiam ingredi ad audiendum verbum Dei, & orandum c. Responsa, de sent. excom. Ergo etiam licebit Ecclesiam construere. Facit cap. Quoniam, de sent. excom. lib. 6. commendabile enim est ædificare templum Dei, cap. Aurum, 12. q. 2. Itaque mulier ecclesiam construens de Diocesani consensu acquirit ius patronatus habitu, & actus Infidelis, & hæreticus neque habuit, neque actus excommunicatus habuit tantum, sed non actu ante absolutionem: & cum his dictis Jo. Andr. concordant hic Collectar. n. 4. & Henric. Boich. n. 1. in fin. vers. Qui etiam dicit, n. 2. & 3. Butr. n. 9. 10. & 11. Cardin. nu. 7. 8. & 9. Anchar. in 1. not. Abb. num. 3. & Jo. de Anan. n. 3. & 4.

14 Secundò nota ibi, In conventuali Ecclesia, ex constructione Ecclesie conventuales, seu collegiate etiam de Diocesani consensu non acquiritur conventi ius patronatus, seu presentandi Prælatum abique privilegio Apostolico, ut hic & in c. Hinc est etiam, 16. qu. 1. Put. decis. 366. num. 4. & segg. lib. 2. Rota decis. 421. n. 2. par. 2. recent. Quod locum habet five ecclesia Collegiata sit, secularis, five regularis, iuxta tex. in Clem. V. de rat. & qual. Nam sub nomine Ecclesie conventuales, de qua loquitur ista littera, comprehenditur etiam Ecclesia Collegiata, licet de consecutione hoc verbum referatur ad Ecclesias religiosorum, ut hic per Abb. n. 3. in 2. notab. Quæ autem dicatur Ecclesia Conventualis, seu Collegiata, vide hic pulchrè per Host. n. 2. & Jo. Andr. nu. 8. 22. & 24. & per Innoc. in c. Posul. in princ. in fin. eod.

15 Ultimò nota ex textu tria iura, quæ acquiruntur patrono in acquisitione iuris patronatus. Primum est ius potestatis presentandi: Secundum est honorificentia processio: tertium est ius consequendi alimenta ab Ecclesia, si ad inopiam deveniat, ut hic per Butr. & Abb. in ult. notab. Primum est planum, de 3. vide roccum de Curte in tract. huius tituli, in ver. Vitæ, a. num. 1. latissime Lambertinus in eod. tract. lib. 3. in 2. q. principalis art. 1. cum pluribus seg. usq; ad articulum 16. Secundum de aliment. tit. 1. q. 54. per rosam, & rot. dec. 494. p. 4. divers. & in recent. dec. 454. part. 2.

18 Quo ad secundum ultra ea quæ tradunt Docto.

res hic, & Roeth, de Curte in hoc tract. in verb. Honorificum. Quero an patronus in Ecclesia juris patronatus in sessionibus, & aliis actibus temporalibus domino loci præferri debeat.

19 Pro patrono contra dominum temporalem videntur sentire DD. supra in hac Rubrica, & post Hofl. Lambertinus in tract. de iure patr. in princ. tertij libri, dum scribunt patrono simplex jus in Ecclesia patronata competere, nempe jus uile, onerosum, & honorificum; & omitendo alia duo iura, quæ ad præsentem quæstionem non pertinent, jus honorificum in eo consistere, ut patronus primus in sessionibus incedat, & præ cæteris laicis in Ecclesia patronata honoretur: quod etiam tradunt hic DD. idque habere locum ne dum in processibus, sed etiam in sessionibus, & aliis quibuscumque actibus, notant Hoflten. n. 3. Joan. Andr. num. 15. Butr. num. 21. & alii communiter: & quamvis de domino temporali mentionem non faciant; cum tamen illi non distinguant, nec nos distinguere debemus, l. De pretio, ff. de publica. cum vulg. ar.

21 Contrarium tamè verius videtur, nempe temporalem dominum loci etiam in patronata ecclesia patrono præcedere debere; cum enim in cæteros jurisdictionem contentiosam habeat, sequitur, ut longe maior ei, quam cæteris, præferri sibi subditis, honor debeat, magis namque honorari debet, qui maiorem habet jurisdictionem.

22 Abb. conf. 21. n. 1. lib. 1. per text. inc. Statimus, §. fin. 17. dist. At dominus loci contentiosam, & perpetuam habet jurisdictionem, ita ut si superiorum non recognoscat, æquipareur Principi; si verò recognoscat, Præfidi, Constan. post Jason. in Cat. log. Glor. Mund. in 5. par. consider. 52. Ergo ad instar Principis, vel Præfidi omnibus aliis, & consequenter etiam Ecclesiæ patrono debet anteferri. Imo etiam si esset Baronibus, qui limitatam valde jurisdictionem habent, omnibus tamè aliis præferendus esset, cum dicatur habere maiestatem, & subditi in eum conspirantes crimen læsæ maiestatis committant, Archid. in c. Felici, n. 13. in ver. lesa Maiestatis, de pen. lib. 6. Aegyd. Bellon. conf. 15. Quinimo Barones præ aliis honorantur non solum in locis eorum jurisdictioni subiectis, sed etiam ratione Baroniz, & vasallorum quos habent, & ubique cæteris nobilibus jurisdictionem non habentibus præponuntur, Cassan. dicta 5. par. consider. 56.

25 Non obstat contrarium, nam respondetur Doctores vario modo intelligere honoris processionem, de quo loquitur hoc c. ut hic per Hofl. num. 3. Joan. Andr. num. 15. Butr. nam. 21. Cardin. in §. Pro fundatione, num. 4. vers. Quero qualis est honor processionis, qui debetur Patrono, Anchar. de num. 14. Abb. num. 5. vers. Nota tria iura, & Joan. de Anan. num. 9. Quidam enim dicunt honorem processionis in hoc consistere, ut Patrono ad Ecclesiam venienti processionaliter occurratur, admodum tamen sit talis, & tantus, puta Rex vel magnus Princeps; Explicant Anchar. Abb. & Joan. de Anan. in Duce Venetiarum Patrono Venerabilis Ecclesiæ Sancti Marci, cui obviam eunt Primicerius, & Canonici, Quod servari potest secundum Joan. Andr. usq. ad ambitum Ecclesiæ; non autem usque ad portas Civitatis, quia fieri debet tantum Papæ vel Cardinali secundum Ant. de Butr. Item si præpius hoc eveniret, fieri non de-

beret, sed solum quando raro, secundum eum; Quidam dicunt honorem processionis, consistere in hoc, ut patronus primum locum teneat in processionibus, vel in Ecclesiâ, vel inter laicos, secundum Hofl. & sedebit iuxta Prælatum, secundum Joan. de Anan. Alij verò dicunt processionem hic poni pro presentatione, ut notatur in cap. Pientis, in gloss. 1. vers. Sunt autem tria, 16. q. 7. quia in presentatione patronus procedit ad Episcopum cum eo, quem præferat in ecclesia non Collegiata, vel in præbenda Collegiata, cap. fin. supra de concess. præben. Primum placet Cardinali; Primum, & secundum Antonio de Butr. Licet fortè Codex sit mendosus, quia ponderata illius ratione, videtur potius probare tertium; sed utrumque videtur posse sustineri, ut dicit Abbas: & omnia tria simul complectitur Innoc. supra in hac rubrica. n. 3. Item honor, ubi ait, ex patronatu provenit honorem, quia patronus honorificentius recipitur, & studiosè ei servitur, & in processione præ aliis honoratur, cap. Pientis, & cap. Frigentius, 16. q. 7. Et si ecclesia non esset Collegiata, præferat ibi sacerdotem cap. Decernimus, ead. caus. & quest. unde Hofl. & Cardin. supra citati ponunt versus:

Patrono debetur honor, onus, & ornamentum: Præsentet, præsi defendat, alatur egenus.

In 3. tamen intellectū, quod processio ponatur hic pro presentatione, videntur residere Hofl. Jo. Andr. & Jo. de Anan. in locis supracit. cum eū ponant ultimo loco. Honor igitur processionis est quem habet patronus in præsentando Rectorem, vel Clericum, quia sine presentatione non potest Episcopus regulariter institutionem facere: quod latissime præsequitur Rorb. de Curte in tract. huius tituli in ver. Honorificum, d. n. 1. usque ad n. 98. Et quamvis opinio, quod patronus sit aliis præferendus, videatur communis, tamen fundata est in d. c. Pientis, & c. Frigentius, 16. q. 7. & in hoc c. Qui textus non probant communem opinionem: nam in c. Pientis, & c. Frigentius dicitur præter processionis aditum, qui omni Christiano debetur, & nihil proprii iuris in Ecclesia patronata patrono reservari: quibus verbis nihil præcipui patrono tribuitur, quod cæteris quoque Christianis non competat. Hoc autem c. quamvis apertius exprimat fundatori processionis honorem reservari, tamen cum disponat in materia antiqua, debet recipere declarationem à Canonibus de eadem materia loquentibus, ut l. 2. c. de Noxal. l. In contrariis, §. Præsentat, c. de non numer. pecun. Pet. Brixien. in Repert. in verb. Interpretatio, vers. Lex noviter, Jaf. in l. Sciendum, in princip. ff. Qui fatidare cogantur; quare dum text. reservat patrono honorem processionis, hæc verba, ut non pugnent cum cap. Pientis, & cap. Frigentius, quibus probatur patronum in patronata Ecclesia nihil habere præcipui, non sunt intelligenda quoad hoc, ut patronus aliis in processionibus præferatur, sed de honore presentationis, qui debetur omni Christiano Ecclesiam fundanti, non autem infidelis, prout ex illis iuris deducunt gloss. Jo. Andr. & communiter DD. supra citati num. 7.

30 Secundò responderetur, quod DD. generaliter tradunt, scilicet patroni præ aliis laicis honorari debere esse sic accipiendū, ut non contineat evidentem absurditatem: & sic vt ei non debeat ho-

honor maior quàm domino temporalis, qui in eum habet jurisdictionem, ut in simili docet Boer. de auctor. Magni consilij, num. 43. ubi tradit privilegium Dominorum Parlamenti ut primam Sedem obtineant, & si generaliter loquatur, non esse intelligendum respectu Consiliariorum, qui in Dominos Parlamenti habent jurisdictionem. Sic etiam et si Rectore ecclesie in sua Parochia præ aliis honorari debeat, Cassan. d. par. consider. 81. Hoc tamen non ita intelligendum est, ut præferatur Episcopo, qui omnibus suis Diocesanis præeminet, ut notatur in c. Solito, de maior. & obed. Et sanè dominus temporalis erat speciali nota dignus. Quod si iura voluissent patronum in patronata ecclesia temporalis domino loci præferri, id utique vel expressissent, vel ulatissent verbis univèrsalibus, ut puta cuiuscumque gradus, conditionis præeminentie, & similibus: ita enim canonice sanctiores loqui consueverunt, cum etiam sublimes personas comprehendere voluerūt, ut ubi servat Gomes, in proem. Regul. Cancell. par. 4. n. 1. & 2. Barbar. conf. 23. num. 8. in 1. vol.

15 Præsentari potest clericus per Rectorem ecclesie ad titulum beneficij, etiam invito patrono laico.

16 Et quid invito patrono ecclesiastico.

17 Ius patronatus donari potest persona ecclesiastica sine diocesanis consensu, sed non seculari.

18 Collecta si imponatur Episcopo pro se, & clericis patronis pro se, ecclesia debet contribuere simul cum clericis, non autem cum Episcopo.

19 Parochialium iuris patronatus ecclesiastici provisio quæ forma fieri debeat ex Concilio Tridentino.

20 Et quid in parochialibus iuris patronatus laicorum.

21 Concursus à Concilio Tridentino præscriptus in parochialibus iuris patronatus ecclesiastici an sit etiam observandus in parochialibus patronatus, partim ecclesiastici, partim laicali, & num. seq. usque ad num. 39.

Et quid in parochialibus iuris patronatus quod origine erat totum laicale, sed pro duabus tertijs partibus ex donatione laicorum ecclesie postea fuit ecclesiasticum, num. 39. num. seq. usque ad num. 74. & num. 80.

22 Ius patronatus mixtum regulatur ut ecclesiasticum quando ecclesie, vel persona ecclesiastica magis prodest.

Declaratur, num. 37.

23 Collatio beneficij reservari facta per Papam absque derogatione iuris patronatus habet locum etiam si beneficium pertineat ad præsentationem clericis, & laici simul.

Contrarium, num. 32.

24 Magis dignum trahit ad se minus dignum ubi est favor magis digni ut trahat, & non trahatur, & n. 33.

25 Iuri patronatus meri laicali Papa indistinctè derogat pro mediæ parte, mixto derogat in totum, beneficia verò patronatus ecclesiastici confert absque ulla derogatione, & n. 30. & 38.

26 Ius patronatus mixtum cum dubitatur an sit laicale, vel ecclesiasticum, attendenda est qualitas magis privilegiata, & magis favens patronatus, & non 30.

27 Privilegiati naturam sortitur non privilegiatus propter communionem, & num. 41.

28 Ius patronatus mixtum censetur totum ecclesiasticum quoad præscriptionem.

29 Item quoad tempus præfixum ad præsentandum.

30 Sed quoad derogationem censetur totum laicale. Item quoad reservationem, num. 32.

31 Legatus de latere potest conferre beneficia patronatus ecclesiastici, non autem mixti, & num. 51.

32 Regula reservatoria non intrant in beneficij patronatus mixti.

34 Concursus est præiudicialis patronis, quorum libertas in presentando restringitur, num. 37.

35 Laici propter mixtum an clericis non debet privari iure suo, & num. 42.

36 Mixtum assumit naturam speciei, per quam iuri alterius minus derogatur, & num. 42.

40 Ius patronatus origine laicale, si ex donatione laicorum transeat in ecclesiam, efficitur ecclesiasticum.

41 Ius patronatus mixtum quoad formam examinis per concursum cur censetur potius laicale, quam ecclesiasticum.

43 Laici à fundatione ecclesiarum non sunt retrahendi.

44 Mixtum ex duabus naturis assumit sibi naturam à potentiori, & digniori.

De iure patronatus.

Cap. Nobis.

S V M M A R I V M.

1 Patroni laici si ad ecclesiam vacantem intra quatuor menses non præsentant, Episcopus ordinabit ecclesiam, & num. 9.

2 Patronus laicus habet quadrimestre tempus ad præsentandum, ecclesiasticus verò semestre, etiam si patronatum à laico acquisiverit.

3 Tempus ad præsentandum præfixum currit etiam patronis non volentibus præsent. atq. propter litis impedimentum.

4 Et an currat patronis ignorantibus.

5 Quæstio super patronatu laicali infra quatuor, super ecclesiastico infra sex menses est decidenda.

6 Temporis cursus ubi non fundatur super negligentia, ad Superiorem devolvitur ipsam ius, non autem modus ordinandi ecclesiam.

7 Concursus an requiratur in parochialibus patronatu laicorum, quorum collatio ob lapsum tempus ad præsentandum præfixum ad Episcopum est liberè devoluta, & n. seq. usque ad n. 13.

8 Concursus non requiritur in parochialibus ad Sedem Apostolicam devolutis ob lapsum temporis Episcopo ad providendum præfixi.

9 Concursus fieri debet inter plures ab eadem patrono laico ad parochialem vacantem, cumulative præsentatos.

11 Tempus Episcopo præfixum ad nominandum clericos idoneos, vel edictum opponendi in parochialibus devolutis, quando incipit.

12 Et quid in bimestri Episcopo præfixo ad instituendum ex Bulla Pij V. patronis non presentantibus infra legitima tempora.

13 Patronus laicus, & ecclesiasticus in quibus differant, & num. seq. usque ad num. 21.

14 Patronus laicus presentans scilicet indignum an privetur ea vice iure presentandi, sicut patronus ecclesiasticus.